5. 3. 60.

Digitized by Google

Cl: VI

Demosthenis

Cl
4

Digitized by Google

Digitized by Google

DEMOSTHENIS

ET

ÆSCHINIS

QUÆ SUPERSUNT OMNIA.

Digitized by Google

DEMOSTHENIS

ET

ÆSCHINIS

QUÆ SUPERSUNT OMNIA,

Juxtà accuratissimam omnium quotquot habent bibliothecæ regia et sangermanensis codicum manuscriptorum et impressorum inspectionem, juxtaque autoritatem librorum quos adierunt Taylorus et Reiskius, græcè et latinè edidit,

Cum versione nova, triplici indice, variantibus lectionibus, et brevioribus notis,

ATHANASIUS AUGER,

Lascuriensis diœceseos vicarius generalis, necnon regiæ Inscript. Paris. et Rothomag. academ. socius.

TOMUS PRIMUS,

Continens universas quæ ad Philippum pertinent conciones, et hujus epistolam.

PARISIIS,

TYPIS GRÆCIS NOVIS FIRMINI DIDOT,

SUMPTIBUS PETRI DIDOT NATU MAJORIS

M. DCC. XC.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Ad edendos Demosthenem et AEschinem me optimè munitum et instructum accessisse non diffitebor. Mihi jam per multos annos in explanandis et gallico idiomate referendis istis duobus oratoribus versato, facem prætulerunt plurimi libri bonæ notæ tùm impressi tùm manuscripti. Manuscriptos postea recensebo, ostendamque quot indè hauserim auxilia ad editionis hujusce puritatem. Nunc de impressis pauca dicam.

Supersedebo proferre historiam criticam omnium quotquot hactenùs prodiere Demosthenis editionum, quod Reiskius fecit eruditissimè. Ea paucis commemorabo in quibus harum præcipuæ mihi peccare visæ sunt, et quibus impulsus sum ut Demosthenem et AEschinem de integro ederem, de litteris græcis me satis benè meriturum existimans, si efficiam ut illi oratores, omnibus salebris expurgati brevioribusque annotationibus illustrati, facili tenore perlegantur.

Aldus, Felicianus, ac Paulus Manutius, ediderunt Demosthenem solum, cum quo tamen ità cohæret AEschines ut ab eo vix segregari queat. Apud illos, præsertimque apud Felicia-

Digitized by Google

num, textus demosthenicus æquè purus est ac tunc esse potuit, sed non æquè purus ac licuit postea per optimos qui comparuerunt codices. Apud eosdem Demosthenes neque versione latinâ neque annotationibus elucescit.

Parisina editio solum etiam protulit Demosthenem, sine AEschine, sine latinâ versione, sine ullâ annotatione. Hujus margo scholiis horrescit ulpianis, ex quibus, meo quidem judicio, paucula desumuntur adjumenta ad græcum oratorem intelligendum. In ejusdem margine quasi rejectæ apparent optimorum codicum lectiones, quibus adeò non elucescit textus autoris, ut etiam impediantur lineæ crebrioribus signis quibus ad lectiones incassùm repertas deducimur.

Volfius ille Augustanus, cujus priores editiones editionem parisinam antecesserunt, posteriores eamdem sunt subsecutæ, inventus est qui primus Demosthenem et AEschinem totos et latino sermone donatos in lucem emiserit. Is etiam edidit cum Demosthene scholia ulpiana à se quoque latinè reddita, et suas ipsius animadversiones. Non potest profectò satis dignè laudari vir ille de AEschine et Demosthene immortaliter meritus; quem tamen aliquis jure vituperaverit, 1°. quòd non usus fuerit codici-

bus optimis, quos et in suâ regione et sub manu suâ habuit, in quo sanè is à Reiskio haud immeritò reprehenditur; 2°. quòd sæpiùs textum sine ullâ necessitate et non præmonito lectore immutaverit; 3°. quòd suas ipse annotationes ità rejecerit ad calcem voluminis, ut ad quod referantur nescias, ac proindè tibi quasi nullæ prorsùs jaceant et inutiles; 4°. videtur suis ipse non affuisse editionibus, siquidem francofurtana illa editio quæ volfianarum habetur optima, mendis omnigenis typographicis ità scatet, ut indè ab ipso editi oratores miserè deformentur.

Doctissimum Taylorum apud Anglos Demosthenis et AEschinis absolutissimam editionem græco-latinam comparantem, græcarum litterarum inimica mors intercepit: imperfectum ille reliquit opus, preciosâ doctrinæ exquisitioris supellectile exornatum, immenso licet profusioris eruditionis apparatu aliquandò impeditum.

Quamvis Reiskii, postremi editoris, in pluribus deficiat editio, tùm quòd ille separatìm vulgaverit AEschinem, et neque hunc neque Demosthenem latinâ versione donaverit; tùm quòd universas Volfii et Taylori annotationes nullo delectu congesserit, suasque adjecerit à

Digitized by Google

textu demosthenico sejunctas; tùm quòd ambitiosâ variantium multitudine plura compleverit volumina; tùm denique quòd in opere nimis festinus, non satis viderit quid inducendum esset in textum, quid extrà textum collocandum, quid omninò rejiciendum: quamvis, inquam, peccet ille in pluribus, ex illo tamen uno quàm ex aliis omnibus plura mihi assumere licuit quibus hæc mea editio perpoliretur.

Quæ in aliis nos deprehendimus vitia, ea evitabimus quantùm in nobis erit. In edendis Demosthene et Æschine, sicut fecimus in editis jam Isocrate et Lysia, quàm brevissimas poterimus annotationes textui subjiciemus, quæ ipsam attingant difficultatem et confestim solvant, nec explicent quibus viis ad hanc solvendam perventum fuerit, nec aliorum hallucinationes fusiùs et amariùs insectentur. At ne annotationum signa textum impediant, infrà notabimus ad quam pertineant lineam, quæ linea eò facilior inventu erit, quòd notæ arithmeticæ per singulas quinque lineas apponentur. Quum in annotationibus nostris hoc propositum nostrum sit ut elucidetur textus, paucas dabimus criticas et historicas, et eas duntaxat quæ hujus elucidationi inserviant.

Unicuique orationi præmittemus analysim quæ totius orationis vim et substantiam distinctam per breves articulos ità claré exponat ut omnem ejus seriem facili negotio possis dignoscere. Præcipuos analysis titulos variasque distinctionis notas, in latinâ nostrâ versione repetivimus, ut indè scilicet, oratoris mente introspectâ, ipsius cogitationum ordinem pedetentim subsequaris.

Semper exoptavi semperque exoptabo ut apud nostrates et apud gentes alias græcæ linguæ ità detur opera ut ad eam intelligendam latinâ versione non opus sit: mihi enim ridiculum videtur et absurdum linguam aliquam mortuam per mortuum sermonem explicari. Sed quum plerique latinam requirant versionem ut græca intelligant, ex Volfii versione novam effecimus quæ et ad textum accederet magis et à latini sermonis nitore minùs recederet. Nostros verò et peregrinos qui nostram linguam sapiunt hortor ut versionem meam quoque gallicam legant, in quâ et intimos oratorum sensus paulò longiora annotando et vividos eorumdem spiritus ardentiùs interpretando exprimere laboravi.

Emendavi textum in aliquibus locis, sive ex conjecturâ meâ et doctiorum virorum, sive ex

manuscriptorum codicum autoritate, quidquid contradicant malè religiosi, imò malè sani homines, qui vel scripta ab indoctis plerumque librariis ità venerantur ut ea tanquam sacra attingere non audeant, licet emendatio facilis sit et evidens, vel impressa scriptis ità anteponunt, ut illa in textu servent attentiùs, hæc ad marginem contemptìm rejiciant, quasi major sit impressorum autoritas quàm illorum codicum juxtà quos in lucem edita ad nos pervenêre. Ceterùm quâ mente, quâ lege et quâ prudentiâ, veterum autorum textus emendandus sit docebunt, ut spero, criticæ meæ observationes quæ præfationem hanc subsequuntur, et quas jam in capite lysianæ meæ editionis protuleram.

Ex lexico Harpocrationis decem oratorum auxilii nonnihil assumpsimus ut multa interpretaremur et emendaremus nonnulla. Omnes ferè locos quos ille commemorat et interpretatur, accuratè exscriptos, vel in ipso textu inter annotationes, vel in græco indice, referemus. Aliquandò tamen, quum articuli erunt longiores, satis habebimus illum indicare, ut ipse consulendus adeatur.

Primùm hunc tomum lectori offerimus tan-

Digitized by Google

quam specimen nihil nos neglexisse neque neglecturos ut majoris momenti hæc editio nitida simul et utilis evadat.

Franciscus Ambrosius Didot, cujus studium ingens in arte suâ perficiendâ longè latèque innotescit, antequam filio suo natu majori studium et artem relinqueret, novis typis græcis præfuit à Firmino Didot filio natu minore excudendis, quorum novus et eximius nitor novam et patri et filio, in Galliâ imò in totâ quâ patet Europâ, laudem conciliabit. Petrus Didot qui in id totus incumbit ut in typographiâ pater ipsius minimè desideretur, non satis habet typographicæ hìc absolutioni studere diligenter, unà cum doctissimo viro amico meo utilem mihi navat operam, ut in opere typographica menda quàm paucissima compareant.

Hoc modo digeremus quæcumque complectetur hæc editio. Primus hic tomus continet vitam brevem Demosthenis à Libanio conscriptam, deindè omnes omninò orationes quæ ab Harpocratione et à Dionysio Halicarnassæo vocantur Philippicæ, quippè omnes dictæ contrà Philippum, quibus adjecta est Philippi epistola. In gallicâ meâ versione sequutus sum ordinem et nomina à Dionysio usurpata. Illìc itaque posui

Digitized by Google

antè Olynthiacas et dixi primam Philippicam, quæ hîc ponitur post Olynthiacas et dicitur prima contrà Philippum oratio: illîc dixi secundam Philippicam quæ hîc est secunda Olynthiaca; tertiam Philippicam quæ hîc tertia Olynthiaca; quartam Philippicam quæ hîc prima Olynthiaca; quintam Philippicam quæ hîc oratio de pace; sextam quæ hîc secunda contrà Philippum oratio; septimam quæ hîc oratio de Haloneso; octavam quæ hîc oratio de Cherso-neso; nonam quæ hîc tertia contrà Philippum oratio, decimam quæ hîc oratio quarta contrà Philippum; undecimam denique illîc dixi Philippicam quæ hîc dicitur oratio ad Philippi epistolam. In hâc editione nolui mutare consuetum ordinem et vulgata nomina, quamvis mihi magis arrideant ordo et nomina quæ Dionysius et Harpocratio usurpârunt. Philippicas sequentur conciones politicæ aliquot quæ antè illas scriptæ sunt et dictæ, exordia concionum, et epistolæ Demosthenis. Dein edetur hujus oratio de malè obitâ legatione, moxque oratio AEschinis demosthenicæ orationis adversaria, oratio ejusdem adversùs Timarchum, ejusdemque epistolæ; hæc tria AEschinis præcedet ejus vita brevior. Post adversarias utriusque oratoris

Digitized by Google

de Coronâ orationes causæ forenses Demosthenis apparebunt tùm publicæ tùm privatæ. Unum in locum congerentur orationes adversùs Aristogitonem, adversùs Theocrinem, adversùs Neæram, oratio funebris, oratio amatoria, de quibus dubitatur utrùm reipsâ sint Demosthenis. Inter permultas selectæ variantes aliquot lectiones, diversa veterum in Demosthenem et Æschinem elogia ac testimonia, tres indices præcipuorum verborum, factorum et locorum, totam hancce editionem concludent.

Restat ut recenseam codices, tùm manuscriptos, tùm impressos, qui à me, vel à Tayloro, vel à Reiskio consulti, commemorantur nunc et postea commemorabuntur. Ex bibliothecis sangermanensi præsertimque regiâ plurimos mihi codices consulere licuit, è quibus plurimas et optimas arripui lectiones, undè phrasis vel mutila compleretur, vel adulterata emendaretur, vel pravâ verborum serie facta durior, elegantiori eorumdem ordine suavior efficeretur. Inter codices regios editio parisina octo consuluit, quos denotavit ad marginem per primas octo litteras græcas alphabeticas, non indicando quem codicem unaquæque littera designet. Eosdem ego consulendo codices, et cur-

b

sìm animadvertendo quæ variantes ex unoquoque lectiones exscriptæ sint, certissimè agnovi quinam codex singulis litteris repræsentetur; unumquemque horum codicum indicare mihi curæ erit, dùm singulos recensebo. Nescio quà ratione idem quod ego facio faciendum susceperit Taylorus; sed erravit indubitanter, nec eos verè nominavit codices quos denotare voluit editio parisina.

Recensio librorum et manuscriptorum et impressorum qui commemorantur in hâc editione, et notæ quibus singuli designati sunt.

Ex bibliothecâ regiâ.

A. 1773. Codex chartaceus, sæculo xv scriptus, quo inter alia multa continentur tres Olynthiacæ, et pars aliqua primæ Philippicæ.

B. 2043. Cod. chart. sæc. xvi, qui inter cetera habet, tres Demosthenis Olynthiacas cum hypothesibus, Demosthenis orationem de Coronâ cum hypothesi, ejusdem orationes adversùs Midiam et Aristocratem cum hypothesibus, orationem funebrem quæ inter opera Demosthenis reperitur. In his omnibus sunt aliquæ annotationes ad marginem.

C. 2489. Cod. chart. sæc. xvi, quo inter multa alia continentur Demosthenis epistolæ, quarum tertiæ datur duntaxat initium, quarta initio caret.

D. 2508. Cod. chart. sat bonæ notæ sæc. xv, qui inter alia multa continet, vitam Demosthenis, eamdem quæ est

secunda in cod. L, omnes Dem. orat. adversùs Philippum aliasque politicas conciones, cum oratione ejusdem de Coronâ. His omnibus orationibus præfixæ sunt hypotheses, aliquæ habent scholia ad marginem, quorum autor mihi ignotus est, quorum tamen nonnulla mihi videntur ex Ulpiano fuisse excerpta.

E. 2596. Cod. chart. vetus, scriptus sat eleganter, qui inter plura alia habet primam Demosthenis Olynthiacam.

F. 2755. Cod. chart. sæc. xv, quo inter alia multa continentur quatuor Æschinis epistolæ, nempè I, III, VI et VII.

G. 2832. Cod. chart. qui inter alia multa habet duodecim Æschinis epistolas: hujus ætas ignoratur.

H. 2844. Cod. papyraceus, anno 1498 scriptus, quo inter cetera continentur, finis orationis contrà Androtionem, tota Dem. orat. de Coronâ, initium duntaxat ejusdem orationis de malè obitâ legatione, orat. funebris quæ inter ejusdem opera reperitur.

I. 2930. Cod. chart. haud antiquus, quo unà cum pluribus Isocratis orationibus tres leguntur Æschinis orationes. Ampliora sunt ad margines scholia, quæ eadem sunt cum iis quæ in cod. 3003 reperiuntur. Hæc scholia in utroque cod. non extenduntur in totam de Coronâ orationem, sed in hoc progrediuntur longiùs et seriùs desinunt. Horum scholiorum pleraque non multùm discrepant ab iis quæ Reiskius edidit in tertio suo oratorum volumine.

K. 2934. Cod. membraneus, sæc. XII, qui omnia habet Demosthenis quæ supersunt. Videtur esse hic codex indicatus in catalogo codicum græcorum Nicolai Rodulphii cardinalis classis oratoriæ n°. 335. Δημοσθένους λόγοι ξϛ, quanquam hic continet orationes LVIII, epistolas V et προοίμια. Ceterùm in primis orationibus sunt quædam scholia ad marg. quæ lectu difficillima sunt.

Digitized by Google

L. 2935. Cod. membr. cujus 26 priora folia sæc. XIII, reliqua sæc. XI scripta sunt. Eo cod. continentur, Demosthenis vita inedita, autore Zozimo Ascalonita, qui Anastasio imperante floruit, anonymi vita Demosthenis inedita: hæc duo reperiuntur tomo IV oratorum Reiskii, hypotheses plurium Dem. orat. ex Libanio, pars scholiorum Ulpiani in primam Olynthiacam, deindè omnia Dem. quæ supersunt præter causas ejus privatas et epistolas. Orationibus adjectæ sunt hypotheses, et ad marginem scholia leguntur aliquandò longiora quorum autor mihi ignotus est.

M. 2936. Cod. memb. sæc. XIII scriptus eleganter, qui habet vitam Demosthenis, eamdem quæ est secunda in cod. L, ejusdem Dem. vita ex Libanio, dein omnia ejus oratoris quæ supersunt præter epistolas. Exordia concionum incipiunt à decimo. Orationes habent scholia ad marginem quorum autor mihi ignotus est. Duas primas olynthiacas concomitantur scholia Ulpiani. Nonnullis orationibus præfixæ sunt hypotheses. Hic cod. multas habet variantes communes cum cod. quem Reiskius vocat Augustanum primum.

N. 3937. Cod. chart. sæc. XV, quo continentur tres Olynthiacæ, quatuor Philippicæ, orationes de pace, de Haloneso, de Chersoneso, de malè obitâ legatione; hujus orationis multa desunt. Hunc codicem editio parisina designat per litteram θ.

O. 2938. Cod. chart. scriptus manu Antonii Mediolanensis, anno 1480, quo inter cetera leguntur, Demosthenis vita è Libanio, omnes Dem. orat. adversùs Philippum cum hypothesibus, ejusdem orat. de Rhodiorum libertate, de Coronâ et de malè obitâ legatione etiam cum hypoth. Hunc cod. designat ed. Par. per litteram γ.

P. 2939. Cod. chart. haud antiquus, scriptus manu Nicolai Blasti anno 1484. Continet quatuor Dem. Philippicas, orat. ejusdem de Haloneso et de Coronâ; hujus dimidia tantùm pars

extat. Orationibus præfixæ sunt hypotheses. Scholia Ulpiani ex aliâ manu scripta majorem libri partem conficiunt.

Q. 2940. Cod. bombycinus sæc. XIII, qui plures habet Dem. orat. cum commentario Ulpiani: textus describitur litteris miniatis. Desiderantur causæ privatæ, exordia concionum et epistolæ. In hoc cod. quem ed. Par. designat per litteram α plures reperi optimas lectiones.

R. 2942. Cod. chart. recens, sat eleganter scriptus, qui habet tres Dem. Olynthiacas, Philippicas primam, secundam et quartam, orationes de Chersoneso, ad Philippi epistolam, de Coronâ, de malè obitâ legatione, adversùs Midiam et Timocratem.

R 2. 2943. Cod. memb. sæc. XV, quo legitur Dem. orat. adversùs Aristocratem.

S. 2944. Cod. chart. quo inter cetera continentur, scholia Ulpiani in orat. Dem. scripta bonâ sed recenti manu, hypotheses ejusdem orationum de malè obitâ legatione, adversùs Androtionem, Midiam, Aristocratem, Timocratem, et Leptinem, ejusdem oratio de Coronâ.

T. 2947. Cod. chart. qui habet argumentum or. Dem. de malè obitâ legatione ex Libanio, orat. Æsch. adversùs Timarchum, ejusdem or. de malè obitâ legatione et de Coronâ, appendicem in ejusdem vitam quæ in aliis libris tùm manuscriptis tùm impressis reperitur.

U. 2961. Cod. chart. sæc. XV, qui continet inter multa alia, vitam Demosthenis ex Libanio, ejusdem encomium ex Luciano ut videtur, omnes Dem. conciones politicas, tùm adversùs Philippum, tùm alias, Philippi epistolam, orat. Dem. de Coronâ, or. funebrem quæ in ejusdem operibus reperitur. Omnibus orationibus præfixæ sunt hypotheses; aliquæ habent scholia ad marginem, quorum autor mihi ignotus est, quorum tamen nonnulla mihi visa sunt ex Ulpiano fuisse decerpta.

Digitized by Google

V. 2993. Cod. chart. sæc. XVI, in quo, cum brevibus aliquot scriptis, habentur omnes Dem. or. politicæ, tùm adversùs Philippum, tùm aliæ, quibus præfixæ sunt hypotheses; leguntur vel inserta vel ad marginem scholia ex Ulpiano.

X. 2994. Cod. memb. sæc. XII, qui continet, vitam Demosthenis ex Libanio, omnes Dem. or. politicas, tùm adversùs Philippum, tùm alias, or. ejusdem de Coronâ, de malè obitâ legatione, adversùs Leptinem, Midiam, Androtionem, ejusdem epistolas. Orationibus præfixæ sunt hypotheses.

Y. 2995. Cod. bombyc. sæc. XII, satis eleganter scriptus et satis bonæ notæ, qui inter cetera eadem prorsùs habet ac præcedens codex, nisi quòd primæ orationes habent scholia ad marginem lectu difficilia, alia inedita, alia ex Ulpiano desumpta. Hunc codicem ed. Par. designat per litteram 6.

Z. 2995 A. Cod. chart. quo inter cetera continentur, pars Olynthiacæ primæ sine initio, pars Philippicæ primæ sine fine, tota Dem. or. de Coronâ, tota ejusdem or. adversùs Timocratem, ejusdem or. de malè obitâ legatione, paucis omissis ad finem.

Aa. 2996. Cod. bombyc. in quo cum plurimis Aristidis orationibus reperiuntur, Dem. or. de malè obitâ legatione, or. AEsch. etiam de malè obitâ legatione, cum scholiis ineditis fusioribus, iisdem quæ leguntur in codd. I et Hh. Ibidem est appendix vitæ AEschinis quam habent alii libri tùm manuscripti tùm impressi. Ex hoc cod. quem ed. Par. designat per litteram δ, multas et quidem optimas accepi lectiones.

Bb. 2997. Cod. chart. sæc. XV, in quo habentur, orationes Dem. de malè obitâ legatione, de classibus, de ordinandâ republicâ, de fœdere alexandræo, de coronâ navali, orat. funebris inter Dem. opera, orationes adversùs Timocratem, Leptinem, Cononem, Aristogitonem, Aphobum, Onetorem, Cononem, Nausimachum et Zenopithem, Spudiam, Olympiodo-

rum, Zenothemin, Dionysodorum, Nicostratum, pro Phormione, adversùs Bœotum de nomine; nonnullis orationibus præfiguntur hypotheses.

Cc. 2998. Cod. chart. cujus ætas ignoratur, miserè maculatus, et erosus à vermibus, sed in quo bonæ reperiuntur lectiones. Inter cetera continet, orat. Dem. de Haloneso, initio mutilam, orat. de Chersoneso, Philippicas tertiam et quartam, or. ad Philippi epistolam, de Coronâ, de malè obitâ legatione, adversùs Aristocratem, Leptinem, Cononem, Midiam, Androtionem, Timocratem, Aristogitonem, orat. Æsch. de malè obitâ legatione et de Coronâ. In his omnibus sunt annotationes aliquæ marginales, quarum autorem ignoro. Post orationes nonnullas scribuntur versus ex Iliade; qui nescio cur illic occurrant.

Dd. 2999. Cod. chart. sæc. XVI, quo inter cetera continentur, plures Demosthenis or. cum hypothesibus et epistolâ Philippi; in nonnullis multa desunt; duæ hypotheses in or. Æsch. adversùs Timarchum, quædam ex or. ejusdem adv. eumdem, versùs initium, hyp. in or. ejusdem de malè obitâ legatione et de Coronâ. Sex primæ or. habent ad marginem scholia aliquot, quæ omnia videntur ex Ulpiano desumpta. Ibidem legitur vita Æschinis scripta ab Apollonio, vita ejusdem incerto autore, his verbis incipiens, Αἰσχίνης υἱὸς ἦν Ἀτρομήτου τοῦ γραμματικοῦ ...... reperitur apud Aldum, Volfium et Reiskium. Hunc cod. in ed. Par. repræsentat littera η.

Ee. 3000. Cod. chart. sæc. XVI, eleganter scriptus, qui habet omnes Dem. or. politicas, tùm contrà Philippum, tùm alias, or. ejusdem de malè obitâ legatione, de Coronâ, adversùs Leptinem, Midiam, Androtionem; his omnibus præfiguntur hypotheses. Ex hoc cod. quem ed. Par. denotat per litteram ε plures accepi probas lectiones.

Ff. 3001. Cod chart. sæc. XVI, qui inter cetera continet,

or. Dem. de Coronâ, de malè obitâ legatione, adversùs Leptinem; tribus his adjunguntur duæ hypotheses. Orat. habent ad marginem breviores aliquot annotationes quarum autor mihi ignotus est. Hunc codicem designat ed. Par. per litteram ζ.

Gg. 3002. Cod. chart. sæc. XVI, qui fuit Huralti Boistallerii. Hoc codice, ex quo multas et optimas accepi lectiones, inter cetera continentur, tres Æschinis orationes, et duodecim ejusdem epistolæ.

Hh. 3003. Cod. chart. sæc. XV, quo inter alia habentur, vita Æschinis ab Apollonio scripta, vita ejusdem incerto autore, his verbis incipiens, Αἰσχίνης ὑιὸς μὲν ἦν Ἀτρομήτου τοῦ γραμματικοῦ, hypotheses ejusd. orationum, tres ejusd. orationes et duodecim epistolæ. Duæ primæ or. et tertiæ aliqua pars habent scholia inedita, quorum pleraque non multùm discrepant ab iis quæ Reiskius edidit in tertio suo oratorum volumine.

Ii. 3004. Cod. membr. sæc. XVI, qui habet Æschinis or. de Coronâ cum hypothesi, Demosthenis or. de Coronâ.

Kk. 3012. Cod. bombyc. anno Christi 1382 scriptus, quo inter cetera continentur, initium Olynthiacæ secundæ cum aliquot Ulpiani scholiis, tota Olynthiaca prima et tota prima Philippica, quas præcedunt hypotheses et concomitantur Ulpiani scholia, pars aliqua ab initio Philippicæ quartæ cum scholiis Ulpiani, præfatio Ulpiani ad Olynthiacas.

Ll. 3021. Cod. chart. sæc. XV, quo inter alias plures epistolas habentur duodecim Æschinis epistolæ.

Mm. 3044. Cod. chart. sæc. XVI, qui inter alia plura continet quatuor Æschinis epistolas, I, III, VI et VII.

Nn. 3052. Cod. chart. sæc. XVI, quo inter alia plura leguntur duodecim Æschinis epistolæ et vita Demosthenis ex Libanio.

Oo. 3054. Cod. chart. sub finem sæc. XV exaratus, quo

inter alias plures epistolas versantur duodecim AEschinis epistolæ.

Ex bibliothecâ Sangermanensi.

Pp. 249. Cod. sæc. x, quo inter alia multa continentur, tres AEschinis orationes et duodecim epistolæ, appendix ad ejusdem vitam quæ reperitur in libris aliis tùm manuscriptis tùm impressis. Habent margines scholia quædam breviora inedita.

Qq. 323. Cod. bombyc. sæc. xiv, qui inter alia multa habet tres Olynthiacas et Philippicam primam.

Rr. 324. Cod. bombyc. sæc. xv, ex manu Joannis Rosi sacerdotis, quo inter alia leguntur, vita Demosthenis ex Libanio, tres Olynthiacæ et Philippicæ quatuor cum hypothesibus, orat. de pace, de Haloneso, de Chersoneso, de Rhodiorum libertate, quibus etiam præfiguntur hypotheses, or. Dem. de Coronâ cum hypothesi, or. ejusdem de malè obitâ legatione.

Ss. 339. Cod. membr. sæc. xiii, qui habet omnia Demosthenis quæ supersunt, præter causas forenses privatas. Epistola Philippi conjungitur cum or. ad eamdem epistolam. Orationibus præfiguntur hypotheses. In exordiis concionum nihil deest, sed multa transponuntur eodem modo quo in aldinâ editione.

Libri impressi ab editore consulti.

Vulg. Vulgatam appello Demosthenis et AEschinis postremam editionem, Volfio curante factam, et editam in-folio Francofurti anno 1604, omnium sanè Volfii editionum plenissimam et absolutissimam.

Ald. Aldus, vel aldina editio, Demosthenis totius editio primigenia, quæ ex Aldi Manutii typis eodemque curante prodiit in-folio Venetiis anno 1504.

Digitized by Google

Ald. v. Variantes lectiones quæ ad calcem editionis aldinæ reperiuntur.

Fel. Felicianus, vel editio feliciana, nitidissima editio Demosthenis totius, quæ tribus voluminibus in-8°. ex officinâ Francisci Bruccioli, curâ Joannis Bernardi Feliciani, Venetiis prodiit anno 1543.

Fel. v. Variantes lectiones quæ ad calcem felicianæ editionis reperiuntur.

Edit. Par. Editio Demosthenis totius splendidissima et perfectissima, quæ, curantibus primùm Guillelmo Morellio, deindè Dionysio Lambino, Parisiis in-folio prodiit anno 1570.

Ed. Turn. Editio aliquarum Demosthenis, AEschinis, aliarumque orationum, cum annotationibus manuscriptis Turnebi in aliquas Demosthenis orationes, ex bibliothecâ regiâ n°. X 1691. Hæc editio prodiit in-4°. Parisiis anno 1565 apud viduam Guillelmi Morellii.

Tayl. Taylorus, vel editio Demosthenis et AEschinis Joanne Tayloro curante facta, chartarum splendore et copiarum criticarum amplitudine nobilis, cujus duo tantùm volumina prodière in-4°. Cantabrigiæ; unum anno 1748, complectens Demosthenis orationes adversùs Leptinem, Midiam, Androtionem, Aristocratem, Timocratem, Aristogitonem, Theocrinem, Neæram et Eubulidem; alterum anno 1757, continens AEschinis orationem adversùs Timarchum ejusdemque epistolas, Demosthenis et AEschinis adversarias orationes de malè obitâ legatione et de Coronâ.

Reiskius. Editio amplissima oratorum græcorum, quorum princeps est Demosthenes, cujus primum volumen prodiit Lipsiæ anno 1770.

Ald. Huettii, editio Aldi minorum oratorum 1513, ex regiâ bibliothecâ, cum annotationibus manuscriptis celeberrimi

Digitized by Google

Huettii, abrincencis episcopi, ex quibus adjumenti parùm assumpsimus.

Cont. Antonius Contius, doctissimus jurisconsultus, qui Aldi editionem, de quâ modò diximus, annotationibus ad marginem locupletavit; quem librum, quum Lysiam meum ederem, mihi perhumanè commodavit D. de Cissé, episcopus antissiodorensis.

Steph. Henricus Stephanus, vel editio oratorum minorum Henrici Stephani 1575, quæ habet ad marginem lectiones varias aliquot, quas Stephanus vel ex suo dedit vel ex codicibus manuscriptis quos ille non nominat.

Libri, qui vel in Taylaro vel in Reiskio commemorantur, tùm manuscripti, tùm impressi simpliciter, tùm impressi in quibus annatationes manuscriptae ad marginem adscribuntur; quos hic nominabo duntaxat, manenda lectorem ut Taylorum et Reiskium adeat si quid de his ampliùs velit cognoscere.

Cod. Aug. Codex Augustanus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus; hi codices servantur Augustæ Vindelicorum.

Sup. Aug. Supplementum Augustanum, i. e. ea quæ supplevit nova manus in codice Augustano primo.

Cod. Bav. Codex Bavaricus.

Cod. Weim. Codex Weimaranus.

Cod. Lessing. Codex Lessingianus.

Cod. Obs. Codex Obsopæi.

Cod. Ital. Codex Italicus.

Cod. Vind. Codex Vindobonensis.

Cod. Barroc. Codex Barroccianus.

Cod. Mead. Codex Meadinus.

Cod. Ask. Codex Askewianus.

Digitized by Google

Cod. Cantab. Codex Cantabrigensis.

Cod. Lock. Codex Lockeranus.

Cod. Bern. Codex Bernadinus.

Cod. Harl. Codex Harleianus.

Cod. Bodl. Codex Bodleianus.

Cod. Ven. Codex Venetus.

Cod. Hemlst. Codex Hemlstelodensis.

P. Man. Paulus Manutius, vel editio Pauli Manutii Demosthenis totius, Venetiis anno 1554.

Digitized by Google

De scriptis veterum ab editore emendandis observationes criticæ (1).

Liceatne veterum scripta edenti textus evidenter adulteratos ex propriis conjecturis emendare, juxtà quas leges hæc illi conficienda sit emendatio, et quibus ipsum dotibus præditum esse deceat, id ego nunc perpendere aggredior. Velim equidem, si fas est, certis tandem definire terminis rem arduam et maximi momenti, de quà etiam nunc doctissimi viri dissentiunt; ejusmodi rem quæ, considerata diligenter et optimè dilucidata, non modò quid sentiendum, sed quid agendum sit edoceat, præscribatque juxtà quam methodum veterum scripta in lucem edenda sint, ut majori cum fructu et voluptate perlegi queant.

Antequam res ipsas tractare suscipiam, mihi videntur objecta quædam refellenda, verborum aliquæ significationes indicandæ, ac proponendæ rerum nonnullæ distinctiones, quas ego arbitror maximè necessarias, quò, discussis omninò tenebris, veritas ità elucescat ut nemo vir sanæ mentis ipsi possit contradicere.

Contendunt sapientes quidam critici lubricum esse et periculosum veterum editoribus clarè et expressè dare facultatem textuum restituendorum, et mutandarum receptarum lectionum, quamvis nulla codicis manuscripti autoritas suppetat. Verendum est, inquiunt, ne illis ea concedatur libertas quà abutentur ipsi indubitanter. Esto, inquiunt iidem, exquirantur et proponantur optimæ emendationes, quin etiam aliquan-

(1) Has observationes primùm gallicè scriptas, et gallico nostro Lysiæ jam præmissas, latinas deindè factas, et præmissas græco nostro Lysiæ, hic etiam duximus esse collocandas, cùm ut legendus à pluribus proponeretur libellus qui de re maximi momenti disputat, tùm ut nostra textuum emendandorum ratio, quantùm in nobis est, doctis viris probaretur.

Digitized by Google

dò liceat eas in textum recipere; at cavendum est ne hoc verbis in medium proferatur, id nempè licere reipsâ exequi.

Verum isti et æquum dicerent, si concessa libertas non iis constringeretur regulis, quibus intra debitos fines ità coerceatur ut in licentiam nunquam prorumpat. Is est homo ratione præditus, ut quidquid agat certis subjaceat legibus, queis vel impellatur ad agendum, vel ab agendo repellatur. Quidni liceret has regulas perpendere diligentiùs? quidni liceret easdem in medium proferre? Quod si liceat repertas emendationes aliquandò recipere in textum, mihi videtur licere etiam evulgare eas regulas juxtà quas id peragere licet. Atenim hoc non fecerunt nostri antecessores, viri peritissimi. At cur non id fieret quod nondùm factum est? Incertis quibusdam viis progrediuntur nascentes artes; et is ad earum fines propagandos maximè confert, qui eas statuit regulas juxtà quas certò possit res peragi, et medium teneri iter ab utrisque extremis æquè recedendo. Vir igitur humaniorum litterarum sincerus amator, qui eas gestit extendi quàm latissimè, firmo et constanti oculo intueri et rectâ mente statuere debet eas leges et normas quibus veterum editor in priscis edendis operibus dirigatur.

Nunc aliquot nomina explicabo quibus in decursu operis usus sum; dein aliquam distinctionem proponam, quæ mihi visa fuit huic quæstioni lucem datura maximam, ac præcipuos doctæ concertationis duces, eosque qui horum ductu militant, in castra eadem revocatura.

Lectionem primariam vel *primigeniam* appello eam qualem ipse scriptor vulgavit priusquam à librariis adulterata esset. *Veterem*, vel *receptam*, vel *vulgatam lectionem* nomino, eam quæ aut reipsâ corrupta fuit, aut habetur talis, et cui nova lectio subrogata est. *Lectionem* enim *novam* dicimus eam quæ receptæ lectionis loco proponitur.

Duplex distingui potest editorum genus, nempè editor codicis manuscripti, et editor ipsius scriptoris. Editor codicis

Digitized by Google

manuscripti is est qui ex uno vel pluribus libris manuscriptis, nobis tradit fideli operâ et ad verbum id quod nobis ex scriptore aliquo temporum injuriæ reliquum fecerunt: editor scriptoris ipsius is est qui, scriptis illius diligenter perpensis, ea edit in lucem ab omnibus librariorum mendis et erratis, quantùm licet, expurgata.

Nimirùm codicis manuscripti editor non potest esse nimis diligens et accuratus ut illum nobis qualis existit repræsentet. Eò spectare debet ipsius labor, ut codicem manuscriptum typorum ope factum multiplicem, facili negotio transvehendum et perlegendum, quócumque terrarum dispergat. Non hîc expendam quibus viis percepturus sit qui sint optimæ notæ codices (quæ jam quæstio à plurimis doctis luculentè disputata fuit); hoc unum dico nunc, ipsum oportere, postquam elegerit codicem quem potuerit reperire optimum, postquam in id incubuerit ut, perspectis magnâ industriâ singulis characteribus, eum penitùs cognoscat, eumdem exscribere religiosiùs, et diligentem dare operam ut ne unum quidem verbum, ne una quidem excidat syllaba, dùm ille excuditur. Hinc tantùm pretii accedit editionibus Aldorum: quæ ideò magni fiunt, et habentur tanquam codicum manuscriptorum veræ et genuinæ imagines, quòd illi religiosè exscriberent etiam menda et errata quæ sibi manuscripti codices exhibebant. Ii qui Aldis proximè successerunt editores, forsitan nimis festinanter textibus emendandis studuerunt. Debuissent forsitan variorum codicum lectiones colligere, eas admittere quæ sibi potiores videbantur, et alias ablegare inter variantes, eo codice diligenter notato cujus erant. Quantumvis felices essent emendationes à se repertæ, egissent forsitan sapientiùs qui eas duntaxat proposuissent ad marginem aut infrà paginam; vel saltem, si earum aliquas voluissent in textum inducere, id officii sui ducere debuissent, ut veterem lectionem, quantumvis corrupta et horrida sibi videretur, aut reipsà esset, ad marginem aut infrà paginam reji-

Digitized by Google

cerent protinùs aspiciendam. Possent igitur vituperari nonnihil, Henr. Stephanus, Hier. Volfius, et nonnulli alii editores sanè non contemnendi, quòd nempè emendationes suas, lectore non monito, textui immiserint (1). Sciunt ii qui in hâc re versatissimi sunt, textum aliquem primò habitum fuisse adulteratum, at eumdem consideratum accuratiùs, meliùs perspectis tùm scriptoris ingenio et sermone, tùm civitatis ex quâ ipse oriundus erat, historiâ, legibus et moribus, exhibuisse sensum nitidissimum, qui effugisset legentem si non apparuisset vetus lectio: sciunt illi ex ipsis adulterationibus, attentiùs inspectis, per levissimam vocum et litterarum immutationem, sæpè emergere lectionem illam diu conquisitam, quam non dedissent emendationes quantumlibet ingeniosæ. Primorum igitur editorum hoc munus est, ut nobis tradant quod ex temporum injuriis elapsum est feliciter, et eo modo tradant quali ad nos pervenit: at ejus qui primarum editionum textui emendando incumbit hoc est officium, ut nobis restituat, quantùm licet, quod injuriæ temporum scriptori eripuerant, ac præsertìm quum ille ob menda plurima vix possit legi.

Codicum manuscriptorum historiam quantumvis leviter quis attigerit, scit videlicet amanuensium ignorantia aut scientia inanis, negligentia aut temeritas, improbitas aut credulitas, quanta damna veterum scriptis attulerint. Illorum plurimi quum

(1) Dùm inquiro cur Henr. Stephanus, Hier. Volfius, et alii editores, viri sanæ mentis, et optimè de litteris græcis meriti, textus adulteratos interdùm amendaverint, ex propriis conjecturis, lectore non monito, quum iidem plerumque tàm accuratè se gerant, ego mihi videor hujus rationis causas deprehendisse. Quum scilicet nihil adhuc certi statuissent de veterum editionibus, veriti ne, textu à se apertiùs immutato, convicia exciperent aliquorum malè religiosorum; quum autem ipsos pigeret edere deformatos rebus absurdis et verbis horridis, quæ facilè tolli poterant, eos scriptores quos imprimis commendat rerum sanitas et verborum elegantia: furtìm, ut ità dicam, emendationes suas textui injecerunt, ut

prorsùs ignorarent aut malè callerent linguam ejus scriptoris quem exscribebant, mutilabant verba sæpiùs, id disjungebant quod conjungi, et conjungebant quod disjungi debuisset, intrudebant in textum quod ad marginem aut suprà lineas apparebat. Alii paulò eruditiores, quum ea quæ ipsi non intelligebant corrupta esse arbitrarentur, id sæpè adulterabant quod sanum erat, tollebant ut supervacuum quod erat necessarium, quod faciebat ad vim sermonis aut venustatem, verisque interdùm mendis menda subrogabant multò graviora. Alii quibus ex scriptione quæstus erat, quorumque referebat multa scribere, dùm scriberent festinantiùs, litteras, syllabas, verba, lineas imò integras omittebant aut transponebant. Alii quorum immensa erat et multiplex eruditio, aliena scripta quasi sua essent non dubitabant ad libidinem emendare, conjecturis suis quibuslibet tanquam ipsâ veritate abutebantur, despectâque aliorum ignorantiâ, id tandem assequebantur multo labore multisque disquisitionibus, ut exemplaria evulgarent à vero multò magis aliena quàm ea quæ ipsi indocti exscripserant. Nonnulli denique, quum vellent persuadere aliis se codices possidere integriores, scripta edebant quibus addiderant è suo, quas additiones religiosè exscribebant viri quidam nimis creduli. Non loquor de iis quæ à multis exscribebantur uno dictante; nec difficile est excogitatu quanta et quam omnigena vel ex dictante vel ex scribentibus menda irrepserint.

---

iis assueti lectores eas relinquerent, nec ægrè ferrent faciliores lectu effectas fuisse scriptiones satis jam per se difficiles. Et certè, nisi servandus sit et tradendus nobis codex aliquis manuscriptus, nullus unquam persuadebit homini sano et linguæ græcæ perito, ut eos autores quos facit maximi edat mendis fœdatos et ab usitato sermone et à sensu communi alienissimis. Ipsi igitur liceat textus ægros aliquoties sanare ex propriâ conjecturâ, sed ità ut discat se continere intrà fines debitos, et veterem lectionem ponere ob oculos legentium, quò et illa non pereat, et legentes possint de repertis restitutionibus per se ipsi statuere.

Digitized by Google

Quum scripta aliquot vetera ob tàm diversas causas non nisi depravata, trunca, mutila, lacera, ad nos pervenerint, licetne dare operam ut ea pristino nitori restituantur? licetne addita tollere, sublata addere, transposita in suum locum reponere? Quæstionem in medium afferre, ut mihi videtur, eam solvere est; et qui rogat utrùm edenda sint opera græca et latina, menda servando quæ irrepserunt, vel ea, ut par est, corrigendo, is rogat utrùm opus aliquod gallicum de integro edendum sit cum mendis typographicis; is rogat utrùm errata amanuensis alicujus qui stylo et penicillo characteres delineat, digniora sint quæ retineantur, quàm errata alicujus opificis qui mobiles ordinat litteras, ut indè lineæ et paginæ efformentur (1). Docti quidam benè cordati leges statuerunt et regulas quibus cognoscatur undè adulteratus sit textus aliquis, et undè possit emendari. Ad quid verò utiles essent hæ leges et regulæ, si his uti nunquam liceret? At, inquient, non mutato textu, sed relicto qualis se habet, emendationes ad marginem sunt apponendæ: id est, relinquendum malum, et remedium extrà ponendum. Præterea, si textus omniuò purus sit et nitidus, ac raræ duntaxat appareant adulterationes, tunc possunt, imò debent, ut plurimùm, emendationes apponi ad marginem, aut infrà paginam rejici. Verùm si, ut in omnibus ferè Lysiæ scriptis et in aliis aliquibus, singulæ fermè lineæ textum exhibeant miserè corruptum, tunc plurima diversaque et menda et signa annotationum tædium scripto importabunt, hujusque vim et elegantias prorsùs obruent. Carmina, orationes, et alia ejus generis scripta, uno tenore legi debent ut intelligantur; atque ideò jacent neglectæ à plurimis, vel editiones illæ incondito

(1) Is opifex qui in meis oratorum græcorum editionibus typos disponit, suæ artis alioqui peritissimus, sermonis græci et latini ignarus est omninò. Menda quæ ipsi necessariò excidunt, quamvis attentus sit, nec mendosum codicem in manibus habeat, me singulis diebus edocent quo-

eruditionis apparatu extumescentes, vel eæ quæ ut annotationibus omninò vacuæ sunt, ità mendis quibus codices manuscripti scatent refertæ. Quæ tamen, licet per se vix legantur, adjumenti non parum afferunt perito editori, undè eas conficiat editiones quæ facili negotio legi queant.

Neque dicant temeritatis esse emendationes immittere textui sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate. Nam primùm quidem libertate eâ quam temeritatem vocant et licentiam, usi sunt sæpiùs præstantissimi editores; atque id unum ipsis, ut jam dixi, crimini datur, quòd, lectore non monito, correctiones suas in textum aliquoties injecerint. Deindè, si universi codices evidenter peccant, cur menda evidentia in textu relinquerentur? Hìc iterùm adhibebo eam comparationem quam suprà attuli, quamque arbitror ad rem decidendam maximè conferre. Num, quæso, servarentur in gallicâ editione novâ ipsi errores typographici, quia universæ editiones quæ antecesserunt his erroribus laborarent?

Mihi porrò referre liceat quod ipsemet expertus sum de quâdam epistolâ quam opinor esse Isocratis, etsi hæc in nullâ extat scriptorum illius editione. Epistolam hanc, scriptam ad Archidamum Lacedæmoniorum regem, Hœschelius in suam Photii editionem induxit, ut quæ allata fuisset ex Italiâ ab Andræa Schoto. Quum ego textûs plura loca emendavissem, et emendationes meas recepturus essem in textum ut evidentes, eas ferè omnes, non sine magno voluptatis sensu confirmatas reperi in duobus bibliothecæ regiæ manuscriptis codicibus. Qui duo codices si non extitissent, num igitur in textu menda reliquissem, repugnante sensu et ratione? num passus essem his veluti offendiculis lectorem impediri, quum ipsi possem offerre scrip-

---

modo veterum scripta à scribentibus potuerint adulterari, et mihi sæpè textum restituendorum vias aperuerunt. Non à me postulat opifex ut ipsius erratorum rationem habeam, et mihi per ipsum licet ea emendare.

tionem puram, liquidam, et omnibus omninò salebris expeditam? « Græca dedi, inquit doctissimus Grotius, innumeris « locis emendatiora, tùm quòd sensum, tùm quòd carminum « leges attinet, *partìm ex conjecturâ meâ et amicorum qui in « notis nominabuntur,* partim ex libris quos ex regiâ biblio« thecâ comitate viri cl. et eruditissimi Nicol. Rigaltii nactus « sum. Nam in ipsum textum emendationes recepi *quò minore « cum offensâ legeretur;* ejus autem quæ antè apparebat lectio« nis, in notis feci mentionem (1). »

Habenda ratio est textûs, viri isti inquiunt aut timidioris aut pigrioris ingenii, qui textui corrupto tanquam rei sacræ parcendum existimant, aut qui facilius ducunt et commodius menda exscribere quàm eadem sanare. Habenda ratio est textûs! Ità sanè si purus ille et liquidus niteat; nam si evidenter adulteratus fuerit, habere rationem textûs nihil esset aliud quàm habere rationem damnorum quæ ab indoctis aut temerariis, ab improbis aut inattentis hominibus, textui illata sunt. Non, mehercule, textûs tunc habenda ratio est, sed scriptoris ipsius quem manus scribentium ità miserè deformârunt, atque omni ope est connitendum ut ipsi pristinus decor, quem abstulit temporum iniquitas, quà licet, restituatur. Est tamen, fatebor ego, est quatenùs ratio haberi debeat ipsorum etiam mendorum quibus fœdantur scripta vetera; nempè si ea spectentur tanquam quæ primigeniæ lectionis vestigia contineant, quibus vestigiis ad illam adiri possit. Quicumque ista menda alio spectaret modo, is rationis sanæ documentis, simulque scientiarum et humaniorum litterarum progressibus adversaretur.

Clariori adhuc et invicto, si possimus, modo demonstremus

---

(1) Dicta poetarum quæ apud Stobœum exstant. Parisiis, 1623, in-4°. in Prolegomenis E. Ceterùm solius Grotii hic laudavi autoritatem, quum potuerim etiam laudare Canterum, Scioppium, Hemsterhusium, Taylorum, Reiskium, et permultos alios, qui omnes opinantur textus cor-

posse aliquandò in textum induci eas etiam emendationes quas nullus suppeditat manuscriptus codex. Ut enim editori liceat textum aliquem immutare ex propriis conjecturis, oportet textum hunc evidenter esse corruptum. Quis porrò textus est evidenter corruptus? is nempè qui quum sermonem barbarum aut nullum omninò sensum exhibeat, declarat evidenter lectionem illam primariam evanuisse. Inventa autem restituendi ratio vel evidens est vel duntaxat probabilis. Si evidens fuerit, in dubium nequit revocari quin præponenda sit, ut in textum recipiatur, illa lectio quam liquet veram esse et genuinam scriptoris lectionem, huic quam omnes fatentur ab illâ esse prorsùs alienam. Jam si restituendi ratio fuerit tantùm probabilis, num, quæso, ea lectio præferenda est quam constat non esse lectionem primariam ei quam valdè verisimile est esse vulgatam ab ipso scriptore lectionem. Hinc patet primò licere emendationes immittere textui etiam duntaxat probabiles. Huc accedit quòd indè legentibus scriptio offeratur facilior simul et jucundior, in quâ grammaticæ leges non apertè violantur, in quâ sensus ubique occurrit nitidus et secum benè cohærens. Quilibet certè operis alicujus, vel scriptor, vel interpres, vel editor, nullum non laborem debet suscipere ut legentes non laborent. Pauci quippè sunt viri laboris patientes et amantes, qui magno animo in iis quæ legunt omnigenas rerum difficultates exhaurire non dubitant: reliqui autem, ii præsertim qui sublimi sunt et subtili ingenio, mox superbi fastidiunt et rejiciunt indignabundi opus, quodcumque sit, cujus lectio nimis operosa tædium movet et procreat. Quò enim scripta vetera digniora habentur quæ perlegamus, eò magis refert ea facilia lectu effici et jucunda. Jam si teneatur editor vulgatam et adulteratam lectio-

ruptos aliquandò posse emendari ex ipsis editorum conjecturis; atque hic vereor ne mihi exprobretur quòd magno apparatu id demonstrandum susceperim quod apud doctissimos quosque et optimè cordatos constat.

Digitized by Google

nem ad marginem rejicere aut infrà paginam, servabitur jam quod est servandum et nihil detrimenti afferetur : atque hoc tertium est cur textum ægrum feliciter sananti omnis dematur scrupulus. Quartò denique autoritas suppetit editorum aliquot egregiè cordatorum qui nos antecesserunt, quique emendationes marte proprio repertas in textum recipere non dubitaverunt. Num illis exprobrabimus quòd partem operis confecerint, nec totum ipsi opus animosè perficiemus ? nonne operam dabimus ut nitidos et splendentes ostendamus eos campos quos illi feliciter incultos subegerunt? quum apertum ab ipsis stadium ipsi primi ingressi fuerint, num regrediemur in eum locum ex quo illi sunt profecti, vel in eo loco consistemus ad quem illi pervenêre, nec magis ac magis in eà vià progrediemur quam illi nobis tanto studio muniverunt?

Ac demum id nunc quæram ab eo qui huic opinioni maximè adversatur. En aliquæ adulterationes et emendationes quas collegi apud Scioppium, qui de hâc eàdem re disputavit. Mihi visum est latina exempla fore et notiora et illustriora quàm græca. Legitur in codice manuscripto Petronii, *Trimalcionis copanta est*, pro *Trimalcionis sycophanta est;* in codice Cornelii Nepotis, *deindè celiam*, pro *deindè Deceliam*. Legitur quoque in Plauti manuscriptis codicibus, *nec reddant alteri*, pro *ne credant alteri; cum auris aurib*, pro *cum armis aureis;* in codicibus Symmachi, *ammortuo*, pro *animo tuo; tùm speratis*, pro *sumpseratis; sponsorem nititur*, pro *sponsore me nititur; sa temporis*, pro *sat temporis; expectatio ne vicissìm*, pro *expectatione vicissìm; Theodoro medi*, pro *Theodoro medico.* Quæram igitur à viro timido nimis et malè religioso qui vetat emendari textus adulteratos si non adsit codicum manuscriptorum autoritas: idne religioni ducet barbaras istas locutiones servare, nec eis subrogabit felices illas et certas emendationes quas ipsa ratio suppeditat? Quòd si has rejiciat pertinaciter, eum omnes ducent rationi maximè adversantem, eumdemque

Digitized by Google

sinent solum in *solæcismis* et *barbarismis* sibi complacere: sin arbitretur non posse quin eas in textum introducat, est igitur ubi possint adulterati textus emendari sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate; id igitur unum expendendum incumbit quandò illi et juxtà quas leges restitui debeant.

Jam satis demonstratum esse arbitror veterum scriptorum editori licere aliquando emendare textus adulteratos, etiam sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate. Sed illum etiam atque etiam monemus ut sibi diffidat, ne forsan textum purum ipse corrumpat, aut adulteratum jam magis adhuc adulteret. Ostendemus igitur quæ ipsi leges et regulæ observandæ sint, ut nec in hoc malum incidat, nec scopo quem intendit adversetur.

Longiùs sanè esset hîc inquirere quali modo se haberent ab initio latina scripta, et quali ratione eò tandem perventum sit ut lector attentus ea facili negotio perlegat. Pateret nimirùm commentatores et criticos rude opus incohasse; sed quum isti plerumque sint paulò fusiores, et in ipso opere vestigia et instrumenta sui laboris relinquant, post ipsos extitisse viros aliquot exquisiti judicii, qui, sublatis critices ac velut ædificii construendi apparatibus, rejecerunt inutilia et optima elegerunt: pateret eos homines excellenti prudentiâ donatos, receptis in textum emendationibus certis et indubitatis, et expeditis locis difficilibus, ope brevium annotationum quibus rectà itur ad solutionem difficultatum, nec omnes viæ peragrantur quæ ad eam ducunt, nobis aperuisse thesauros illos antiquos qui priùs paucis tantummodò doctis patuerant. Non ità feliciter actum est cum scriptis græcis, quæ pleraque in manibus criticorum et commentatorum remanserunt. Non is sum profectò qui contemnam laborem virorum quorumdam eruditorum, per quos nobis nunc contingit ut legamus Virgilium, Horatium, Tullium, ac multos alios ex quibus doctrinam petimus simul et voluptatem; verùm contendo illorum operam non sufficere. Hoc

scilicet magnum est, imò maximum, agrum aliquem, incultum hactenùs, aratro domitum fuisse; sed quantùm interest discriminis agrum inter vomere subactum duntaxat, et campum aut opulentâ messe fluctuantem, aut sylvâ superbum vastâ et magnificâ, aut amœnis multiplicis horti deliciis decoratum! Ut de solis iis scriptoribus græcis loquar qui mihi notissimi sunt, textus plerarumque orationum Isocratis et nonnullarum Demosthenis, purus vulgò satis est et liquidus: sed quàm multi existunt alii quorum textus plurimis in locis adulteratus, vel nullis omninò annotationibus illustratur, vel longis impeditur commentariis quæ lectu sunt difficiliora quàm ipse textus!

Quidquid sit de his quæ modò diximus, editor eorum operum in quibus paucæ supersunt maculæ et adulterationes, sive sensus sive sermo spectetur, ab immutando textu debet imprimis abstinere, nec in ipsum inducere lectiones novas, nisi quandò menda sunt evidentia, et emendationes evidenter necessariæ, aut optimis codicibus vel manuscriptis vel impressis confirmatæ. Textus alicujus operis, quod in omnium manibus versatum facili negotio legitur, quod multis abhinc sæculis à plurimis hominibus etiam atque etiam perlectum est, non debet immutari nisi quum constat lectores omnes tali lectioni assuetos, factam immutationem ipsos approbaturos, firmissimis nempè momentis innixam. His exceptis casibus qui rarissimi sunt, conjecturas suas extrà textum proponat editor, at ipsi textui parcat religiosus. Nemo magis quàm ego demiratur ingentem quæ in Reiskio suppetebat sermonum priscorum, præsertímque græci, peritiam, necnon artem et solertiam quibus ægro textui medetur et ea supplet quæ desunt. Illa præsertim miror quæ confecit in emendandis scriptis eorum quos vocant oratores græcos minores, et mihi videtur plura profecisse solus quàm omnes simul qui ipsum antecessere. Sed quamvis singulari ergà ipsius memoriam veneratione afficiar, quamvis memori animo recorder cùm honorificas quas mihi

Digitized by Google

dedit, quum viveret, animi sui significationes, tùm non modicas utilitates quas ex ejusdem eruditis perquisitionibus percepi; fatebor tamen illum, in suis editionibus græcis, textum pluries immutasse, quum is sensum aliquem exhiberet, et fuisset satius eum talem aliis relinquere qualem ipse acceperat.

Itaque existimamus scriptoris antiqui textum, si vulgò purus sit et nitidus, et facili operâ evolvatur, non debere nisi rarissimè immutari. At quum scripta vetera non pervenerunt ad nos nisi ità mendosa et mutila, ut legatur cum molestiâ et fastidio id quod legi debebat cum fructu et voluptate, quid tunc agere suscipiet peritissimus editor? nempè, textum restituere, verba malè ordinata ad debitum ordinem revocare, rejicere quod vitiosè abundat, adjicere quod deest, in suum locum reponere quod transpositum fuit, denique efficere ut id legatur uno tenore quod non poterat legi. Verùm etiam tunc editori concessa libertas non debet prorumpere in licentiam, et certæ sunt leges ac regulæ quæ ipsi servandæ sunt diligentiùs.

Ac primùm quidem receptam lectionem non deserat nisi ultimâ coactus necessitate, et quum ex eâ nequit elici ullus sensus probabilis. Judicio magis quàm ingenio ductus, sedulò caveat ab istis restitutionibus, ut dicunt, ingeniosis; ac si non possit sibi temperare ut eas prorsùs omittat, eas saltem collocet extrà textum, nec velit in textum per vim intrudere. Atenim scriptor isto modo meliùs dixisset. Esto sanè, tuque linguam mortuam ità apprimè calleas ut possis certò statuere quid sit pejus aut melius; verùm scriptori meliùs dicere non libitum fuit. Ab immutando textu, quantùm potes, abstineto; ipsum multoties resumito, videto et inquirito num sit ratio aliqua ob quam debeat servari; veterem denique lectionem non ejicito nisi quum indè nullus omninò sensus aut sensus iis quæ præcedunt contrarius exurgit; nisi quum scriptoris ingenium vehementer deformatur, sermonis regulæ evidenter violantur,

historia manifestè contradicitur in aliquot factis vel chronologiæ articulis, et alioqui constat menda non potuisse nisi à librario proficisci. Nec emendatio tua temerè conficitor; eam componito ex ipsis adulterationis elementis, et ipsæ, ut ità dicam, textûs ruinæ tibi prosint ut textus à te mutilus reficiatur (1). Sæpiùs autem apud te maximo in prætio habetor ea lectio quæ maximè horrida est et barbara; hæc non raró lectioni primigeniæ proxima est et ad eam facillimè ducere poterit. Jam in scriptione fœdissimâ quærito lineamentum illud quod omissum aut adulteratum quasi primariam verbi effigiem deformavit. Ne verò variantes maximè vitiosas rejicito, eas perpendito et inter se comparato ut aliæ per alias corrigantur. Nihil à te negligitor: locus ipse corruptus, quem laudat aut vertit in alium sermonem scriptor aliquis sacer vel profanus, tibi aliquandò suppeditabit restitutionem quæsitam, vel saltem ad eam aditum patefaciet. Quòd si novam lectionem inducas, veterem ob oculos lectoris reponito quàm citissimè, non ad finem operis aut voluminis, sed ad marginem aut ad imam paginam. Imam ego paginam anteferrem, dummodò, textu nullis annotationum signis impedito, indicaretur tantùm linea ad quam singulæ annotationes pertinerent; quæ linea facilis inventu erit,

(1) Ità ex reliquis pulchræ statuæ partibus, peritus artifex, juxtà regulas quasdam et proportiones, posset effingere statuam illi prorsùs similem quæ ex manu primi artificis educta fuit. Sed in mutilis textibus reparandis duplex existere commodum affirmaverim. Ac primùm quidem pars aliqua oris, verbi gratiâ, quæ in statuâ reparata fuerit, quantumvis doctè efficta, quantumvis peritè accommodata dicatur, non est tamen germana pars, neque illa quæ primùm extabat; dùm è contrà vera vox, quæ omissa aut corrupta, tandem reperta fuit, non minùs est ipsa vox autoris quàm illa quæ ab ipso autore fuit primùm delineata. Hoc verò alterum est commodum, et sanè præcipuum; nempè, si opifex indoctus et temerarius opus artis antiquum reparare susciperet, id unum efficeret suâ diligentiâ ut pretiosas reliquias perderet omninò et corrumperet, nec nova damna

si notæ arithmeticæ per singulas quinque lineas apponantur. Omninò equidem velim, in omni editione græcâ aut latinâ, omnes annotationes breves esse, difficultatem statìm solventes, et ità infrà paginam positas, ut nullis annotationum signis textus impediatur (1). Cupiam idem lectionem vulgatam quàm citissimè reponi ob oculos lectoris, quia, videlicet, quum is possit nitidissimum in eâ lectione sensum reperire in quâ tu nullum reperisti, aut quum ipsa adulteratio ipsi forsitan restitutionem suppeditatura sit feliciorem simul et certiorem, hoc illi commodum confestìm afferre debes, nec illum cogere ut id è longiori accersat.

Hìc eam resumo objectionem, quam si non integram, at ejus certè partem refelli. Statìm atque editores sibi licere existimabunt propria ipsorum inventa ei lectioni subrogare quam judicabunt esse vitiosam, limitibus jam sublatis, nullus erit licentiæ terminus : suas unusquisque conjecturas pro ipsâ veritate habebit ; textus quoslibet singuli deformabunt magis ac magis et adulterabunt dùm ipsos credent sanari à se et emendari, et pro scriptis antiquis scripta tandem recentiora accipiemus.

Ad hæc respondebo libertatem editoribus concessam, si legibus et regulis modò expositis coerceatur, non perniciosam fore et detrimentosam ; at etiam si eâ libertate abuterentur læ-

---

quæ superba ipsius attulisset ignorantia, ab ullo jam alio possent resarciri. At non eadem est textuum adulteratorum ratio. Nam quantumvis inscitè eos restituat editor imperitus, semper remanent veteres lectiones ; ac post eum alter potest quærere et reperire feliciores restitutiones, quæ à sano quoque homine statìm comprobentur.

(1) Adeò non dedignor, ut et multi faciam disputationes historicas et criticas de textu veterum autorum ; sed arbitror eas seponendas esse extrà textum, ità ut eis textus non impediatur. Editoris hoc munus est, meo quidem judicio, textum purum, nitidum, lectuque facilem efficere brevioribus notis quæ ipsam difficultatem statìm solvant, rejectis scilicet qualibuscumque ab hâc re alienis disputationibus.

Digitized by Google

væ mentis homines, non ideò prohibendos esse viros egregiè cordatos quominùs eâdem utantur ad bonarum litterarum utilitatem. Præterea, si editor temerarius in nimiam prorumpat licentiam, si alienis non parcat, et illa invertat tanquam sua essent, eæ quæ præcesserunt editiones remanebunt semper inconcussæ, dùm imprudentis ingenii opus ruet merito silentio et debitâ oblivione consepultum. Denique, Henr. Stephanus, Hier. Volfius, et nonnulli alii editores, magnâ doctrinâ et optimo judicio præditi, sæpiùs textum emendârunt ex propriis conjecturis, nec indè aliud contigit incommodi, quàm quòd elucidatus sit locus difficilis, et corruptæ lectioni subrogata sit lectio primigenia.

Illi verò objectioni non respondendum esse arbitror, scilicet ab editore quovis textum emendante textum haberi evidenter corruptum, huncque ob eam causam ab ipso emendari. Equidem fateor falsâ evidentiæ specie posse illudi aliquos, ideóque etiam atque etiam moneo textum non temerè esse deserendum. Sed quod apud omnes viros sanos evidens est, id teneri debet ut evidens; atque ut contemnitur stultus iste qui sibi congratulatur solus ob evidentiam menti suæ, ut putat, affulgentem; ità laudatur ab omnibus et comprobatur sapientis viri industria, qui, re perpensâ diligenter, id admittere non dubitat quod ispi recta ratio tanquam certum et indubitatum exhibet.

Antequam loquar de dotibus queis donatum esse deceat veterum editorem, distincto duplici genere editionum ut duplex editorum genus distinxi, hæc sentio et dico. Illas maximi omnium faciam, in quibus aliquis excellentis judicii, intrà debitos fines se continens, sanæ critices face præeunte, operam dederit ut suus veteribus scriptis nitor restituatur. Sed adeò non contemnam, ut et prorsùs necessarias habiturus sim eas in quibus vir eruditus, perlectis patienter et solerter perspectis optimis codicibus, nobis diligenter tradet pretiosas veterum

Digitized by Google

scriptorum reliquias. Eæ solæ rejiciendæ erunt editiones, in quibus temerarius editor, lectionibus obscuris aut vitiosis ad libidinem non ad rationis normam correctis, intrudet in textum fortuitas et ineptas emendationes quæ publicâ mox infamiâ inurentur.

Non is sum qui editoris laudes exaggerare aggrediar quia veteres edere suscepi; sed id verè possum affirmare non omnium esse hoc munus exequi. De operibus græcis duntaxat loquar, cùm ut in unâ re legentium attentio consistat, tùm quòd pleraque illorum mendosa maximè et mutila ad nos pervenerunt. Oportet sanè scriptorum græcorum editorem linguæ græcæ mentem et ingenium, idiotismos, regulas et exceptiones, radices verborum et significationes diversas, et cetera quæ ad eam penitùs intelligendam pertinent optimè callere; eumdem oportet cognoscere res gestas, mores et usus nationis græcæ, ac præsertìm populi atheniensis, si scriptor esset atheniensis: itâ sanè illum oportet horum omnium esse consultissimum; verùm hæc ipsa non sufficiunt. Nunquam ille rem ad felicem exitum perducet, nisi forti animo præditus sit, qui multis crebrisque difficultatibus excitetur magis, nedùm deterreatur; nisi etiam invictâ donatus sit tolerantiâ quâ velit eadem sæpiùs inculcare, ut caliginosa omnia elucidentur, mutila reparentur, aspera complanentur, impedita expediantur, curæ priores corrigantur curis posterioribus; nisi insuper acerrimum et sagacissimum sortitus sit ingenium, quo verum loci alicujus sensum deprehendat, inter se pugnantia conciliet, repleat vacua et hiulca, connexionem perspiciat sententiarum et probationum, interruptum orationis filum resumat, veritatis facem per omnia ferat ut omnes discutiantur caligines; nisi denique recto et certo instructus sit critices acumine, quo doceatur quandò textus servari debeat, quandò possit deseri, quo intelligat quid verè sit scriptoris aut non sit, quo ipsas autoris hallucinationes à librarii erratis discernat,

quo demùm loca corrupta sic restituat, ut pariter absit à timiditate ignavâ et ab audaci temeritate. Nec satis; penè dicam hunc eodem aut saltem simili ingenio donari oportere ac illum cujus scripta in lucem edere suscipit. Aristotelis editor versatissimus esse deberet in dialecticâ illâ subtili simul et sublimi, quâ philosophus ille omnes omninò scientiarum, humaniorum litterarum et artium partes menti suæ addicebat. Platonis editor deberet intelligere penitùs causas et fines philosophiæ platonicæ, et infinitam sermonum illius varietatem, quâ ad omnia dicendi genera, ad omnes scribendi modos, facilis et multiplex se accommodabat.

Non loquar de historicis et poetis, quantis nempè dotibus instructum esse oporteat editorem Thucydidis, Herodoti, Æschilis, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, et aliorum quorum scripta ad nos pervenerunt plus minúsve adulterata. Pauca duntaxat dicam de oratoribus atticis circà quos ego versor præcipuè. Qui scilicet apprimè cognoverit veros illos et à naturâ datos affectus, firmam illam et subtilem arguendi methodum, venustam illam et sale conditam simplicitatem, vim illam sermonis quæ res exhibet quasi in scenâ agerentur, concentum illum verborum demulcentem aures suaviter, quæ omnia illis omnibus erant communia; is mihi videtur maximè omnium posse emendare in textu quod peccat, rejicere aut adjicere quod illorum ingenio congruum est aut contrarium.

Equidem arbitror, et hoc ultimum animadverto, fore ut is qui alicui operi in alium sermonem vertendo dedit operam, faciliùs possit et feliciùs huic eidem operi edendo incumbere. Nullâ scilicet aliâ tutiori viâ corrupti textus sanari queunt, quàm si id primum omnium pro certo teneatur quid scriptor in animo habuerit dicere, ut certiùs cognoscatur quid reipsâ dixerit. Porrò is qui accuratè opus aliquod in alium sermonem vertere studuit, id debuit intendere ut reperiret omnes sensus veros, ut series rerum et connexio, et quidquid in affectibus

Digitized by Google

et sententiis limatius est et subtilius, ipsum non effugeret.

Has observationes criticas concludent expositæ aliquot regulæ et normæ quæ ad actum pertinent, et ex his consequuntur. Si opus aliquod in lucem typis editur primùm, editor non potest esse accuratus nimis et religiosus ut codicem manuscriptum talem repræsentet qualis ad nos pervenit; et huic uni studere debet ut apprimè legat manuscriptum exemplar, et nihil omninò excidat dùm excuditur. Quòd si plures codices ipsi licet consulere, tunc ipsum oportet ex diversis lectionibus eas seligere quas putat esse optimas, et inter variantes rejicere eas omnes quas deserit. Hæc egomet ità persuasa habeo, ut, si opus aliquod hactenùs ineditum evulgare susciperem, id mei ducerem esse officii, evidentissimas licet reperissem emendationes, illud edere omnibus et linguæ et sensûs mendis fœdatum quæ in codice manuscripto apparerent (1). Sed statim atque dedissem operam ut servaretur codex et typis multiplex fieret, tunc arbitrarer me posse pro jure meo idem opus publicum facere ab omnibus, quà fas est, amanuensium erratis expurgatum. Optandum esset ut primis temporibus in diversis locis extitissent plures editores non minùs accurati et religiosi quàm Aldi fuerunt, plures nunc haberemus editiones quibus ipsi nobis codices manuscripti exhiberentur. Quidquid sit, ipse primus gratulabor viro illi erudito, qui, quum

(1) Hic mihi aliquis objiciat editionem ejusmodi futuram esse utilem doctis aliquibus viris qui textibus emendandis incumbunt, sed quum ea non possit prodesse nisi paucis hominibus, non sumptus eam compensaturam ad opus conficiendum necessarios. Hanc ego objectionem firmissimam esse fateor, et dico laudandum esse et maximo plausu excipiendum fortem gnavumque privatorum quorumdam animum, qui pro humaniorum litterarum commodis sua ipsi bona profundere non dubitant; sed hoc onus fore subeundum civitatibus et principibus, et ipsorum impensis suscipiendas fore editiones quasdam non minore emolumento quàm sumptu excudendas. Gratulati sunt viri eruditi clarissimo de Villoison, regiæ

ipse cordi habeat ut plures sint editiones accuratæ, aut eas evulgare quæ sint accuratiores, ex integro consulet codices manuscriptos, et suâ diligentiâ arguet priorum editorum operam non satis diligentem. Sed ipse quoque, adeò non rixas movere debet, ut etiam debeat animos addere sincero veterum amatori, qui, quum ægerrimè ferat illorum aliquos omnigenis mendis deturpatos esse et deformatos, omni ope contendit ut suum ipsis nitorem restituat, quantùm licet, et textus mutilos reficiat, ità tamen, iterùm atque iterùm dicam, ut sibi debitos fines nunquam transiliendos, et veteres lectiones ob legentium oculos semper reponendas, arbitretur.

Inscriptionum et Humaniorum Litterarum Academiæ socio, in regionem peregrinam proficiscenti ut illic opera græca ederet hactenùs inedita; nec sciunt utrùm magis admirari oporteat, aut ardorem inclytum adolescentis academici, qui suæ se familiæ et novæ sponsæ amplexibus eripuit, ut procul à patriâ incognitas opes colligeret, aut utile gallici imperii studium, quod cœptum illud magnanimum fovere amat et tueri. Ceterùm hoc quod mihi reipsâ objectum est, declarat quàm necesse sit menda corrigere quæ apud codices manuscriptos occurrunt, ut editio aliqua possit diffundi latiùs, et lectoribus non paucis probari.

SYLLABUS

eorum quæ in hoc tomo continentur.

Præfatio,	pag. j
Observationes criticæ,	xxj
Vita Demosthenis ex Libanio,	xlii
Olynthiaca prima,	10
Olynthiaca secunda,	38
Olynthiaca tertia,	68
Oratio prima contra Philippum,	104
Oratio de pace,	156
Oratio secunda contra Philippum,	184
Oratio de Haloneso,	218
Oratio de Chersoneso,	254
Contra Philippum oratio tertia,	318
Contra Philippum oratio quarta,	380
Epistola Philippi,	440
Ad Philippi epistolam oratio,	462

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ,

ΠΡΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΜΟΝΤΙΟΝ,

Ἀξιώσαντα αὐτὸν γράψαι οἱ τόν τε Δημοσθένους βίον καὶ τὰς ἁπάντων τῶν λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.

Ἐπειδὴ, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον, περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὢν, πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, καὶ τῆς παρ᾿ ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνήρησαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς, ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος, ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλὰ περί τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις, καὶ περὶ τὸν τελεώτατον τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων, τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ ἡμᾶς ἠβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου λόγων ἀναγράψασθαί σοι, δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα (ἴσμεν γὰρ ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ πόνον ἔχει), ἀρξόμεθα δὲ τοῦ συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν διεξιόντες (περιττὸν γὰρ τοῦτο), ἀλλὰ τοσούτων μνημονεύσαντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.

Δημοσθένει τοίνυν τῷ ῥήτορι, πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης, ἀνεπίληπτος τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Αἰσχίνης ἐχθρὸς ὢν μαρτυρεῖ. Εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι· Τούτῳ πατὴρ ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεὺς, ἀνὴρ ἐλεύθερος· οὐ γὰρ δεῖ ψεύ-

---

l. 2. Asteropæus, de quo Iliados φ. Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦν. Περιδέξιος idem ac ἀμφιδέξιος, *ambidexter*. Editio Parisina dat ad marginem ἀμφιδέξιος.

l. 12. Pro τοσοῦτον in vulgatâ dedi τοσούτων, quod habent

LIBANII

RHETORIS,

AD PROCONSULEM MONTIUM,

Qui sibi ab eo et vitam Demosthenis et omnium orationum ejus argumenta scribi jusserat.

Quum, præstantissime proconsul Monti, juxtà homericum illum Asteropæum, circà sermones ambidexter, et in Romanorum linguâ principatum teneas, eorumque doctrinæ palmam sine controversiâ sis adeptus, et ne græcam quidem linguam negligas, ut qui in his quoque, propter ingenii magnitudinem, possis excellere; sed cùm in aliis scriptoribus verseris, tùm verò in perfectissimo græcorum oratorum Demosthene, ac proindè à nobis postulâris ut orationum ejusdem argumenta tibi conscriberemus: haud inviti tuo paremus mandato, haud ignari plus in eo honoris esse quàm laboris. Auspicabimur autem scriptum hoc à vitâ oratoris ipsius, non totam eam (quod supervacaneum esset) expposituri, sed eorum duntaxat mentionem facturi quæ ad pleniorem orationum ejus perceptionem profutura videantur.

Demosthenis igitur pater fuit Demosthenis, qui videtur inculpato genere ortus, ut et AEschines inimicus testatur. Hujus hæc ipsa verba sunt: Ei pater fuit Demosthenes Pæaniensis, vir ingenuus, nec enim mentiendum est. Is quum

---

codd. M, U, Y, Nn, et ed. Par. ad marg.

l. 14. μὲν deest in vulgatâ: addidi ex cod. Aug. secundo.

σασθαι. Ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτημένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ κλῆσιν ἔλαβε. Τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος, οὐκ ἦν, ὥς φασι, καθαρῶς Ἀττικὸν, Γύλωνος τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους, φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι, οἰκήσαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον, κἀκεῖ γυναῖκα ἀγομένου, Σκύθιν τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μήτηρ Κλεοβούλη. Εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι, καὶ Αἰσχίνης, εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, Βάρβαρος, ἑλληνίζων τῇ φωνῇ.

Περὶ μὲν τοῦ γένους αὐτοῦ, τοσαῦτα εἰρήσθω. Ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος, ἦν μὲν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν. Ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο, καὶ Βάταλος ἐπωνυμίαν ἔσχεν. Ἱστόρηται γάρ τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο, καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν. Ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους, Βατάλους ἐκάλουν.

Λέγεται δὲ τὴν πολλὴν καὶ σφόδραν ἐπὶ λόγους ὁρμὴν τὸν Δημοσθένην ἐντεῦθεν σχεῖν. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος. Οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασὶν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρώπου. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν, ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. Ἀκούσας δὲ, οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι, διδασκάλῳ γε χρησάμενος Ἰσαίῳ, μάλα δεινῷ ῥήτορι. Εἰς ἄνδρας

---

l. 6. ἀγομένου: velit Volfius ἀγαγομένου, sed idem observat ἀγομένου esse posse participium aoristi secundi ἠγόμην.

l. 20 et 21. Codd. omnes quos mihi inspicere licuit sic verba ordinant, λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφο-

officinam servorum haberet *machaeropaeorum*, hinc *Macheropaei* cognomen accepit. Sed maternum oratoris genus non purè fuit, ut dicunt, atticum, quòd Gylon, avus Demosthenis, quum Athenis ob proditionis crimen exularet, et circà Pontum habitaret, ibi mulierem scythicam duxerit, è quâ nata fuerit Demosthenis mater Cleobule. Id ei certè cùm alii exprobrârunt, tùm Æschines, qui eum dicit esse Scytham, Barbarum græcâ linguâ utentem.

Verùm hactenùs de illius genere. Pupillus autem à patre admodùm puer relictus, corpore fuit, ut dicunt, adeò imbecilli et morbido, ut ne palæstram quidem frequentaret, sicuti omnium Atheniensium filii solebant. Undè etiam adulto mollicies ab inimicis exprobrabatur, et Battali cognomen habuit. Memorant enim quemdam fuisse Battalum, ephesium tibicinem, qui primus calceis in scenâ fœmineis fuerit usus, et modis enervatis, quique artem omninò molliverit. Ex quo dissolutos et effœminatos Battalos nominabant.

Magnus autem et vehemens ille impetus ad eloquentiam hinc fertur in Demosthene excitatus. Callistratus fuit clarus orator atheniensis. Is causam quamdam publicam quum acturus esset, de Oropo aiunt, nisi fallor, Demosthenes adolescentulus præfectum sibi famulum oravit ut veniam sibi daret accedendi ad judicium. Quâ impetratâ, auditoque Callistrato, sic affectus est, ut ab illâ horâ omnia præ eloquentiâ supervacanea duceret, præceptore usus Isæo admodùm perito rhe-

---

ϛρὰν ἐπὶ λόϛους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν.

l. 24 et 25. hic ὅς idem ac οὗϛος. Pro αὐτῷ quod præcessit dant αὐτὸν codd. M et Aug. secundus. Si legatur αὐτῷ, construitur cum συϛχωρῆσαι, et tunc subauditur αὐτὸν ad παραϐαλεῖν: sin legatur αὐτὸν construitur cum παραϐαλεῖν, et subauditur αὐτῷ ad συϛχωρῆσαι.

δ' ἐγγραφεὶς, εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. Καὶ εἷλε μὲν αὐτούς· οὐ μὲν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν ὅσα ἀπολώλεκε. Τοὺς δὲ λόγους τοὺς ἐπιτροπικοὺς εἰσὶν οἳ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημοσθένους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες (ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο), καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πῶς ἐπιφαίνειν εἶδος. Ἕτεροι δὲ νομίζουσι, συντετάχθαι μὲν ὑπὸ Δημοσθένους, διωρθῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ ὁ Δημοσθένης ἠδύνατο μὲν καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιούτους λόγους. Ἡ γὰρ ὕστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται· ἀπὸ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ, τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα πολλαχῆ μεμίμηται. Μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προελθὼν, σοφιστεύειν ἐνεχείρησεν. Εἶτα ἀπαλλαγεὶς τούτου, συνηγόρησεν ἐν δικαστηρίῳ. Τούτοις δὲ ὥσπερ γυμνασίοις χρησάμενος, ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἦλθεν.

Ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος. Ἐξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρεχόμενον, οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατάρχας ἐπὶ τοῖς λόγοις. Διὸ καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, τί ἐστὶ ῥητορικὴ, ἀπεκρίνατο, ὅτι ὑπόκρισις, δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν χειρόνων ἥττων ἐφαίνετο. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ὑπῆν ἐλαττώματα. Καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι. Διὰ δὲ τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα, καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. Μνημονεύονται δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκήσεις

---

l. 13 et 14. antè πολλαχῆ vulg. habet τὰ quod abest ab

tore. Inscriptus inter viros, statim actionem contrà tutores instituit, qui rem ipsius familiarem malè administrârant. Quos tametsi vicit, tantùm recuperare tamen haud potuit quantùm amiserat. Sunt qui dicant orationes tutorias Isæi esse et non Demosthenis, tùm quòd rem incredibilem esse arbitrentur (fuit enim annorum octodecim quum causam illam egit), tùm quòd eæ orationes isæum genus videantur referre. Alii censent eas compositas esse à Demosthene et ab Isæo emendatas. Neque verò mirum est Demosthenem eâ etiam ætate tales orationes potuisse scribere. Nam secuta deinceps ejus excellentia hoc quoque credibile facit, et propter recentem adhuc sub præceptore exercitationem stylum illius multis in locis imitatus est. Post eas causas, paululùm ætate provectus, docere artem rhetoricam instituit. Dein relicto eo vitæ genere, in foro causas egit: atque iis veluti prolusionibus usus, ad publicas conciones habendas publicamque rem administrandam accessit.

Illud etiam commemorandum est eum naturâ fuisse balbum et spiritu imbecilliore. Ex his utrisque eveniebat, ut in actione ineptissimus, principiò nullam in dicendo approbationem consequeretur. Quare interrogatus quid eloquentia esset, actionem esse respondit, graviter ferens se propter eam videri minorem deterioribus. Sed et hæc studio correxit, et alia incommoda quæcumque ipsi inerant ad publicas conciones habendas. Etenim primùm populi tumultus reformidabat et facilè percellebatur, adeò ut statim cederet. Propterea dicunt eum vento vehementi observato et admodùm commoto mari, in littore ambulantem verba fecisse, et sonitu maris audiendo consuefecisse se ad ferendos populi clamores. Memorantur etiam ejus et habitationes subterraneæ, et rasuræ indecentes,

---

omnibus libris, et expunxi.

l. 14. σοφιστεύειν, sophistam agere, id est, rhetoricam docere.

κατάγειοι, καὶ ξυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι᾽αἰσχύνην μὴ προΐοι τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου· καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. Ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων, ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν. Πρὸς ὃν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἅμα καὶ πικρῶς· Οἶδα, εἶπεν, ὅτι σὲ λυπῶ λύχνον καίων. Διεβέβλητο γὰρ ὡς λοποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. Καὶ μὴν ὅτι τε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν, ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται. Παρειλήφαμεν δὲ κᾀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε, καὶ ἵστάμενος ὑπὸ τοῦτο ἔλεγεν. Ἐποίει δὲ τοῦτο δι᾽αἰτίαν τοιαύτην. Ἐν τῷ λέγειν, ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν. Ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἐσυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος.

Ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης. Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους, ἄρχοντας τῶν Ἑλλήνων, καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας, ἐν Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες, αὐτοὶ παρῆλθον εἰς ἰσχὺν, καὶ μετ᾽ὀλίγον πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. Ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς, ἔθνος ὅμορον τῇ Εὐβοίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσιν. Οὗτοι δὲ καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναὸν πλησίον ὄντα, ἐσύλησαν. Ἀνθ᾽ ὅτου καὶ οἱ Θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. Ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. Χῖοι γὰρ, καὶ Ῥόδιοι, καὶ Βυζάντιοι πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι Ἀθηναίων, τότε μετ᾽ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι, πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. Καὶ οὕτω μὲν ἡ Ἑλλὰς εἰς πολλὰ μέρη διῄρητο, Ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ Θηβαίων πρὸς Φωκέας,

---

l. 2. ad καὶ ὡς subaudi ex præcedentibus μνημονεύεται.

l. 9. ὀροφὴ, hic non tectum exterius, ut vulgò; sed tectum interius, ut aliquandò: gallicè *plafond*.

l. 17 et 18. vulg. νικήσαντες αὐτοὺς, παρῆλθον: pro αὐτοὺς

ne ex ædium cellâ egrederetur præ pudore. Fertur etiam eum non dormisse noctu, sed orationes ad lucernam expolivisse. Undè Pytheas cavillando dicebat orationes Demosthenis lucernam olere. Cui Demosthenes facetè simul et acerbè respondit: Scio me accendendâ lucernâ molestum esse tibi. Infamis enim erat Pytheas, quasi qui noctu vestibus spoliaret obvios. Quin et eum aquam potare solitum ut ingenio esset vigilantiore constat inter omnes. Illud quoque accepimus eum aliquandò ensem suspendisse de lacunari, et sub eo stantem perorasse. Idque fecit ob eam causam, quòd in dicendo soleret indecenter humerum movere. Ensem igitur suprà humerum ità suspendit ut cutem is ferè tangeret, atque indè metu ictûs continere se in statu decenti potuit.

Necessarium autem est enarrare quomodo se haberent res Atheniensium, quum ad publicè concionandum Demosthenes accessit. Thebani Lacedæmonios, principes Græcorum, maximâque potentiâ præditos ad Leuctra Bœotiæ quum vicissent, ipsi potentes esse cœperunt, et paulò post bellum Phocensibus intulerunt. Erant autem Phocenses gens Eubœæ finitima, quæ oppida habebat duo et viginti. Hi Pythii templum, quod sibi vicinum erat, occupatum quum spoliassent, eâ de causâ illos Thebani bello petiverunt. Gesserunt et Athenienses id bellum quod vocant sociale. Nam Chii et Rhodii et Byzantii, qui olìm paruerant Atheniensibus, tunc conspiratione et societate inter se initâ, cum eis bellum gerebant. Sic Græcia in multas divisa erat partes, quum Athenienses bellum cum iis gererent quos diximus, et Thebani cum Phocen-

accepi ex Fel. αὐτοὶ mutando interpunctionem.

l. 19. ἔθνος ὅμορον τῇ Εὐβοίᾳ. Rectè observat Volfius Phocidem fuisse Bœotiæ quàm Eubœæ propiorem. Undè ed. Par. dat ad marg. τῇ Βοιωτίᾳ.

καὶ Λακεδαιμονίων πρὸς Πελοποννησίους. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν, Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παῖς, εἰς τὴν Μακεδόνων βασιλείαν παρῆλθεν. Ἀμύντᾳ γὰρ τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ, τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος, Ἀλέξανδρος, Περδίκκας, Φίλιππος. Τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος Ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς, ἐτελεύτησεν. Ὁ δὲ Περδίκκας, πρὸς Ἰλλυρίους μαχόμενος. Φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος, ἐτύγχανε μὲν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων· ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν Περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρα, καὶ ὀξέως εἰς Μακεδονίαν ἀφικόμενος, κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι δ' ἄρ' ἕτερόν τινα, γένους μὲν ὄντα τοῦ βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ Μακεδονίας, ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατῆγον μετὰ πολλοῦ πλήθους στρατιωτῶν. Τούτοις ὁ Φίλιππος ἐπιθέμενος, ἐνίκησε μάχῃ, καὶ ὅσους συνέλαβεν αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὔνοιαν τῆς πόλεως, οὐδὲ δι' ἐπιείκειαν τρόπου. . . .

ΕἼΔΗ ΤΗ͂Σ ῬΗΤΟΡΙΚΗ͂Σ.

Τῆς ῥητορικῆς μέρη τρία, ἐπιδεικτικὸν, συμβουλευτικὸν, καὶ δικανικόν. Τοῖν μὲν οὖν δυοῖν, ἄκρος ἀγωνιστὴς γέγονε, τοῦ τε δικανικοῦ καὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ· ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ λόγους. Τοὺς γὰρ φερομένους, οὐ πιστευτέον εἶναι Δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν· πολὺ γὰρ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. Καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. Ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης ὁμολόγηται, οὐ μὴν τοῦτο εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντα, πάνυ φαῦλος καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα. Τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων, οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο ἔχουσιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί· οἱ δὲ οὐ-

l. 1. καὶ Λακεδαιμονίων: ed. Par. et Ald. omittunt καὶ, quod ego reperi in codicibus quos mihi adire licuit, et in Fel.

l. 10. ἄρ' addidi quod et addunt omnes quos inspexi codices. Mox ἕτερόν τινα, nempè Ἀργαῖον.

Digitized by Google

sibus, et Lacedæmonii cum Peloponnensibus. Eo tempore Philippus, Amyntæ filius, regnum Macedonum susceperat. Amyntæ enim Macedoniæ regi tres nati erant filii ex Eurydice Illyriâ, Alexander, Perdiccas, Philippus. Horum natu maximus Alexander per insidias cæsus, Perdiccas cum Illyriis pugnans, occubuit. Philippus natu minimus, qui Thebis obses erat, Perdiccæ morte auditâ, clàm digressus, et celeriter profectus in Macedoniam, regnum occupavit. Athenienses porrò alium quemdam regii generis, at Macedoniâ exulantem, cum magnis copiis reducebant in regnum. Quos Philippus aggressus, prælio vicit, et quotquot Athenienses comprehendit captivos, eos sine pretio dimisit, non ex benevolentiâ ergà Athenienses, neque ex animi clementiâ. . . .

CAUSARUM GENERA.

Causarum tria genera sunt, exornationis, suasionis et judicii. Ac duorum is summus fuit artifex, judicii et suasionis. Exornationes autem ejus non habemus. Nam eas quæ feruntur, non est credendum esse Demosthenis, funebrem et amatoriam; longè enim sunt infrà ejus vim et facultatem. Neque sententiam nostram referimus, sed et Dionysio Halicarnasseo idem videtur. Nam Demosthenem funebrem habuisse orationem id quidem constat, non tamen eam esse quæ sit ab illo habita credibile est, quum sit futilis omninò et imbecilla. Inter suasorias ejus orationes, aliæ inscriptionem ipsam habent suasionum, aliæ

---

l. 15. post τρόπου videtur deesse alterum phraseos membrum, in hunc fermè sensum; sed quia hoc expedire suis rebus existimabat, et ut clementiæ laudem assequeretur: videtur etiam deesse conclusio articuli præsentis, et transitio ad sequentem. Hic addidi titulum ex cod. M. Referam in variantibus alios titulos qui ad hunc locum comparent.

l. 19. addidi τοῦ ex cod. Bav.

δὲν μὲν ἧττον εἰσὶ συμβουλευτικοὶ, Φιλιππικοὶ δὲ οἵδε ἐπιγράφονται, ἐκ τοῦ περὶ τῶν τοῦ Φιλίππου πραγμάτων εἰρῆσθαι τὴν κλῆσιν λαχόντες. Καὶ τῶν Φιλιππικῶν ἕκαστος ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα.

---

l. 1. οἵδε posset abesse salvo sensu, sed debet retineri et intelligi, hæ orationes quas in manibus habemus.

nihilominùs quidem sunt suasoriæ, Philippicæ autem inscribuntur, ex eo adeptæ nomen quòd de Philippi rebus sint habitæ. Ac quælibet Philippica peculiari quodam titulo insignitur pro rei cujusque naturâ.

---

l. 2. τοῦ Φιλίππου, hæ duæ voces absunt à vulgatâ: has assumpsi ex ed. Par. et Reiskio, necessarias certè, sed ignorans undè assumptæ sint.

Digitized by Google

Menda typographica quæ in hunc tomum irrepserunt.

PAG. 4, lin. 21, ἐσπεσμένοις — ἐσπεισμένοις.
18, l. 19, ἀποστριψώμετα — ἀποστριψώμεθα.
90, l. 3, κοινῶμεν — κονιῶμεν.
93, l. 4, sentiâ — sententiâ.
110, l. 3, ὄυ — οὔ.
201, l. 4 et 5, omibus — omnibus.
242, l. 16, ταὔτα — ταῦτα.
254, l. 4, κληρούκους — κληρούχους.
295, l. 23, adipiscapimini — adipiscamini.
311, l. 5, consiliari — consiliarii.
412, l. 1, ἀναγκαίων — ἀναγκαίων.
448, l. 17, χρίσιν — κρίσιν.

Digitized by Google

ORATIONES

EX

DEMOSTHENE.

ANALYSIS

OLYNTHIACÆ PRIMÆ.

Propositum hujus orationis et duarum sequentium.

Olynthus potentissima urbs Thraciæ fuit; eam Græci tenuerunt oriundi Chalcide, quod est Eubœæ oppidum, Atheniensium colonia. Olynthii multa bella gesserunt cum ipsis Atheniensibus, cum Lacedæmoniis, denique cum Amynta Philippi patre. Philippum ipsum in regni primordiis bello aggredi tentaverant; verùm hic, nondùm confirmatis viribus, usus dissimulatione, nihil non egit ut Olynthios placaret, factâque cum ipsis societate, ipsos donavit Potidæâ quam Atheniensibus eripuerat. At ubi invaluit, eosdem aggressus hostiliter, primùm cœpit ipsorum regionem invadere, deindè ad id se comparavit ut ipsam urbem oppugnaret. Cujus consilium statìm atque animadverterunt Olynthii, miserunt Athenas, quàm celerrimum auxilium ab Atheniensibus petentes. Demosthenes hâc oratione et duabus sequentibus suos vividè hortatur ut Olynthiis quamprimùm et acerrimè suppetias eant.

Breve exordium.

Demosthenes ab Atheniensibus petit ut ipsum et alios de negotio magni momenti locuturos attentè audiant.

Digitized by Google

Confirmatio.

1°. Occasio præsens postulat ut decernantur jam auxilia, ut bellum apparetur quàm celerrimè, et mittantur legati qui hæc dicant et rebus intersint, quò nempè Philippo, viro callido et in rebus gerendis dexterrimo, obviàm eatur.

2°. Quamvis Philippus multa habeat adjumenta ad res feliciter gerendas, multa etiam habet quæ ipsi noceant, prohibeantque ne cum ipso reconcilientur Olynthii, nimirùm quòd rex sit, et quòd cum nonnullis qui suas ipsi urbes tradiderunt perfidè egerit.

3°. Athenienses debent pecuniam eò libentiùs conferre et ipsi militare eò alacriùs, quòd spontè se offerat occasio quam ardenter optaverunt, nimirùm Olynthii Philippo ità inimici facti ut amici jam fieri non possint.

4°. Audientes hortatur orator ne occasionem oblatam negligant. Nonnullas refert occasiones quæ præcesserunt, quibus neglectis Philippus validior factus fuit : quæ documento sunt ne hanc præsentem, præteritis moniti, velint omittere.

5°. Ipsos monet ut diis agant gratias ob accepta jam beneficia, et oblata nunc quæ ipsorum negligentiam compensent. Ab ipsis etiam atque etiam petit ut impressam ob res malè administratas ignominiæ maculam eluant, ne si, destitutis Olynthiis, Olynthum everterit Philippus, nihil jam illum remoretur quominùs eat quò velit.

6°. Vividis exponit coloribus quomodo ille rex magnus evaserit ; undè periculum est ne tandem bellum ad Athenienses veniat, ipsisque, dùm socordes erunt, et ille otio non poterit acquiescere, de suo ipsorum agro sit dimicandum.

7°. A vituperatione eorum quæ fiunt, transit ad sententiam liberè et nullà suì habità ratione dandam de iis quæ fieri debent. Censet igitur mittendas esse copias quæ et Olynthios defendant et Philippi regnum devastent. Neutrum esse negligendum breviter demonstrat.

Digitized by Google

8°. De pecuniâ comparandâ loquitur. Hîc pauca prænotanda sunt. Athenienses decreverant in ærarium quotannis deferenda mille talenta, conflata præsertim ex pecuniis sociorum. Promulgata erat mortis pœna, si quis decerneret hanc pecuniam ad aliud insumendam quàm ut hostes averterentur ab invadendâ Atticâ. Sed mox Pericles aliique reipublicæ administri persuaserunt ut eadem hæc pecunia ad duos obolos plebi aliquoties dandos itemque ad ludorum sumptus impenderetur; eaque res pervenit ut in eum sanciretur pœna mortis, qui decreto hanc pecuniam ad priorem finem revocare tentaret. Periculosum igitur locum solerter tractat Demosthenes, civesque suos velit pecuniam verè militarem ad milites alendos insumere.

9°. Paulò fusiùs docet quid vitiorum nunc insit in Philippi rebus. Indè Atheniensibus suadet ut illius incommoditatem ad suam ipsorum utilitatem convertant, et datâ rerum opportunitate utantur æquè alacriter ac uteretur ipse Philippus si talis ipsi daretur opportunitas.

10°. Eò validiùs defendi debent Olynthii quòd, si Olynthus restiterit, Athenienses res suas habebunt securè et regnum Philippi vastabunt; si verò capta fuerit et diruta, nihil prohibebit quominùs ille Atticam invadat. Quid indè detrimenti ad Athenienses sit venturum declarat orator.

11°. Concludit, universis et singulis, tùm divitibus, tùm juvenibus, tùm oratoribus, ad bellum pro suâ virili parte acriter esse incumbendum.

Hæc oratio et duæ sequentes dictæ sunt anno quarto olympiadis CVII, sub archonte Callimacho.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης· Ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. Ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. Πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὀλύνθου. Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν, ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. Χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ὑπερεῖχεν. Ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν. Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ τοῦτο μὲν, Ἀνθεμοῦντα παρὰ τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακεδόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων ἐχόντων, ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν, ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους, κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον. Συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. Ὁ δὲ Φίλιππος πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι, καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεσμένοις, πόλεμον ἐπήνεγκεν.

Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας, περὶ βοηθείας. Οἷς ὁ

l. 6. ὑπερεῖχεν : codex Bav. dat ἐπῆρχεν, quod malit Reiskius.

LIBANII

ARGUMENTUM

PRIMAE ORATIONIS OLYNTHIACAE.

Olynthus urbs Thraciæ fuit: eam Græci tenuerunt, oriundi Chalcide; Chalcis autem est Eubœæ oppidum, Atheniensium colonia. Multa porrò et præclara bella gesserunt Olynthii, et cum Atheniensibus qui Græcis olim imperârunt, itemque cum Lacedæmoniis; ac magnam tandem adepti potentiam, excelluerunt inter cognatas civitates: non parva enim in Thraciâ gentis Chalcidicæ multitudo erat. Quum verò iniissent Olynthii cum Philippo rege Macedoniæ societatem, et unà cum eo primùm bellarent contrà Athenienses, atque à Macedone acciperent partim Anthemuntem, de quâ civitate inter Macedonas et Olynthios contentio fuerat, partim Potidæam, quam Philippus expugnatam ereptamque Atheniensibus, Olynthiis tradiderat, postea suspectum regem habere cœperunt, quòd et magna ejus subitaque incrementa, et parùm fidum ingenium animadverterunt. Observato igitur tempore quo ille peregrè abesset, missis legatis, pacem fecerunt cum Atheniensi civitate, ictum cum Philippo fœdus violantes. Pacti enim fuerant se communiter bellum gesturos contra Athenienses, et si aliud quid visum esset, communiter compositurος. Philippus autem jam pridem causam adversùs eos quæritans, tùm verò hanc nactus, bellum eis infert, ut qui fœdus fregissent, et cum hostibus junxissent amicitiam.

Quare hi legatos mittunt Athenas ad petendum auxilium. Iis

l. 17. συνετέθειντο: multi codd. habent συνετέθειτο, impersonaliter, *inter eos convenerat.*

Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. Καὶ φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων, οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, κἀκεῖ ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον. Εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένηται ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναιοὺς ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. Φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως ὡς ὑπείληπται, θαρσύνων ἐπ᾽ αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους. Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεορικῶν.

Καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ᾽ αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο, καί που καὶ τραύματα. Τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων, ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους· καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς, καὶ καταβαλόντα θέαν ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο. Προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο, ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν. Πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι, μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον· τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἴκοι μένοντες, διενέμοντο τὰ χρήματα. Οὐκ ἔτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν· ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναί τε αὐτὰ εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν, καὶ γε-

---

l. 7 et 8. vulg. habet, φησὶ δὲ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον, οὐχ ὡς ὑπείλεπται, sic et Fel., quod ego emendavi partim ex meo, partim ex libris ferè universis qui dant οὕτως sine ὡς et οὐχ. Solus cod. Y addit ὡς ad οὕτως. Cod. U legit οὕτως γὰρ ὑπείληπτο. In nonnullis codd. exhibetur δύσμαχον.

patrocinatur Demosthenes, et opem Olynthiis ferre jubet, quòd in eorum salute posita sit Atheniensium securitas. Nunquam enim Philippum, salvis Olynthiis, in Atticam venturum; Athenienses autem facultatem habituros navigandi in Macedoniam, atque in eà belli gerendi. Sin illa urbs à Philippo subacta fuerit, apertam esse viam regi ad invadendos Athenienses. Negat autem Philippum tàm difficilem esse superatu quàm putetur, ut animos contrà eum faciat Atheniensibus. Disserit etiam de pecunià publicà, suadetque ut hæc à spectaculis ad militiæ usum transferatur.

Ac morem quo Athenienses sunt usi, minùs notum explicari necesse est. Quum olim non saxeum esset apud eos theatrum, sed ex ligneis tabulis coagmentatum, omnesque locum occupare properarent, verbera, quin et aliquandò vulnera fiebant. Quod ut prohiberent Atheniensium duces, loca fecerunt venalia, ità ut nemo nisi binis obolis numeratis ad spectandum admitteretur. Ne verò pauperes eo sumptu premi viderentur, constitutum fuit ut è publico binos illos obolos unusquisque acciperet. Quæ consuetudo indè orta eò usque processit, ut non ob id duntaxat acciperent, sed omnem omninò publicam distribuerent pecuniam; undè et ad militiam segnes facti sunt. Quam enim pecuniam propter expeditiones è publico in stipendium olim accipiebant, eam tunc in spectaculis et festis domi manentes partiebantur. Nolebant itaque jam egredi et subire pericula; sed et legem sciverunt de pecunià hàc theatrali, quæ ei mortem minaretur qui ferret eam in veterem ordinem redigi et fieri

---

l. 14. ad τόπον multi codd. adjiciunt τόν.

l. 20. εἰς τοῦτο, nempè εἰς τοὺς τόπους, quod ultimum extat in multis codicibus. Cod. U sic, οὐχ ἕνεκα τούτου μόνον.

l. 27. pro ταῦτα in vulg. accepi τε αὐτὰ ex codd. D, L, M, V, Dd et Ee. Habent τε ταῦτα B, O, R, X et Rr.

νέσθαι στρατιωτικά. Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς· καὶ ἐπερώτησας ἑαυτὸν, ὅτι, Σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικὰ, ἐπιφέρει, Μὰ Δί᾽ οὐκ ἔγωγε.

Τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν. Διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτοὺς στρατεύεσθαι, καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥσπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν. Τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναι ἔφη τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

---

l. 2. vulg. ὑπερωτήσας : prætuli ἐπερωτήσας quod dat cod. U.

militarem. Quare Demosthenes hanc consilii partem cautè attendit, seque ipse interrogans, Túne jubes ut hæc militaris fiat? respondet, Minimè verò equidem.

Atque hæc de theatrali pecuniâ. Disserit etiam orator de urbanis copiis, postulatque ut ipsi cives militent, ac non, sicuti solebant, per milites peregrinos ferant auxilium: eam enim esse causam contendit cur res pessumdentur.

---

l. 2. τοσαῦτα: legunt ταῦτα multi codd.

Digitized by Google

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α.

Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. Οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκοι τις, τοῦτο ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε· ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν, ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.

Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει, φωνὴν ἀφιείς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. Ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι δοκοῦ-

---

l. 3. περὶ ὧν, id est, ἐν τούτοις περὶ ὧν.

l. 7. vulg. ἥκει : prætuli ἥκοι quod dat Hermogenes, qui hunc ipsum locum refert in libro de Ideis. Cod. N habet ἥκοι scriptum suprà ἥκει.

l. 9. ἐξ ἁπάντων, scilicet τῶν λεχθέντων.

l. 12 et 13. πραγμάτων ἐκείνων, rerum quæ illic, nempè apud Olynthum, geruntur.

OLYNTHIACA

PRIMA.

Breve exordium.

EQUIDEM arbitror, ô Athenienses, multæ pecuniæ vos id prælaturos, si planum fiat quid futurum sit è republicâ in eo negotio de quo nunc deliberatis. Quum res igitur ità sint, convenit ut ultrò et libenter eos qui consilium dare volunt audiatis. Neque enim ,si quid utile meditatus aliquis attulerit, hoc audire solùm licebit et amplecti; sed istud etiam vestræ fortunæ esse existimo, multa dictu opportuna subitò in mentem venire nonnullis, ità ut ex omnibus vos utilia eligatis quàm facillimè.

Confirmatio.

1°. Præsens certè occasio, ô Athenienses, tantùm non editâ voce loquitur, vobismetipsis curam rerum illarum esse suscipiendam, si modò vestræ ipsorum saluti consulere studeatis. Nos autem nescio quâ ratione mihi videmur esse ergà illas

---

l. 14. vulg. αὐτῶν cum spiritu leni: dedi ex Fel. et Bav. cum spiritu aspero αὑτῶν, i. e. ὑμῶν αὐτῶν, *vestrûm ipsorum.*

μεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Ἐστὶ δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα· ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε, καὶ μὴ πάθητε ταυτὸν ὅπερ καὶ πρότερον· πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ, καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν. Ὡς ἐστὶ μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὤν, καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ, τά δ' ἀπειλῶν (ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο), τά δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὅπερ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν. Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον, ἕνα ὄντα, κύριον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν, καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι, πολλῷ προέχει· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. Δῆλον γὰρ ἐστὶ τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσι, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ

---

l. 3. ἐνθένδε, explica ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως, hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conscribendo.

l. 7. Codex N dat in textu Φίλιππος, et proponit ad mar-

Digitized by Google

animati. Quæ porrò mihi videntur hæc sunt: et auxilia jam esse decernenda, et bellum quàm celerrimè esse apparandum, ut hinc opem feratis, et non idem admittatis quod etiam priùs; et legatos mittendos esse qui hæc dicant et rebus intersint. Nam hoc maximè est timendum, ne Philippus, callidus vir et in rebus gerendis dexterrimus, partim concedendo ubi res ità tulerit, partim minitando (in quo quidem non immeritò illi fides habeatur), partim nos et absentiam nostram criminando, de summâ rerum intervertat aliquid et ad se transferat.

2°. Verùm illud opportunè cadit, Athenienses, ut quod summo Philippi rebus præsidio est, idem vobis utilissimum sit. Nam quòd is unus omnia sibi arcana moderatur, ac simul et dux est, et dominus, et quæstor, et ipse ubique adest exercitui, id multùm quidem valet ad res bellicas celeriter et tempestivè conficiendas, sed pacificationi quam cum Olynthiis facere cupit adversatur. Neque enim illis obscurum est hoc in bello non existimationem suam aut agri partem, sed excidium patriæ et servitutem agi. Norunt etiam quomodo

---

ginem ἄνθρωπος.

l. 14. καὶ βέλτιστον: hic καὶ *etiam*, ad βέλτιστον subaudi ἐστί.

ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος· καὶ ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. Καὶ ὅλως ἄπιστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε, κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.

Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τἄλλ' ἃ προσήκει πάντα ἐνθυμουμένους, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι, καὶ παροξυνθῆναι, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτε, καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως, καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας, καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. Οὐδὲ γὰρ λόγος, οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν, τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν, ὑπολείπεται. Νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον· καὶ ταῦτα, ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, σφαλεροὶ σύμμαχοι, καὶ μεχρί του ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως. Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βέβαιαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν. Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα

---

l. 4. ταῖς πολιτείαις, i. e. ταῖς δημοκρατίαις. Harpocratio ad vocem πολιτείαν dicit hanc apud oratores, ac nominatim apud Isocratem et Demosthenem, plerumque usurpari pro δημοκρατία.

l. 13. ἐκπολεμῶσαι, inquit Harpocratio, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς, ἀντὶ τοῦ, εἰς πόλεμον καταστῆσαι.

l. 16. μεχρί του, id est, μεχρί τινος, *aliquatenus*, *quodam-*

ille cum iis Amphipolitis egerit qui urbem ipsi dediderunt, et cum iis Pydnæis qui ipsum mœnibus receperunt. Ac omninò quidem, ut ego opinor, respublicæ tyrannis nihil fidei habere debent, præsertìm finitimis.

3°. Quæ quum ità esse intellexeritis, ò Athenienses, et cetera omnia quæ par erat cogitaveritis, iis vos animis esse postulo ut velitis et excitemini, belloque si unquam, nunc certè maximè advertatis, pecuniam conferentes alacriter, militantes ipsos, et nihil prorsùs omittentes. Nulla enim jam vobis ratio, nulla excusatio, quominùs ea faciatis quæ conveniunt, relinquitur. Nam quod omnes jactabatis, Olynthios committendos esse adversùs Philippum, id ultrò nunc accidit, eàque ratione quà maximè vobis expediat. Quippè si vestro impulsu bellum suscepissent, socii fortasse parum firmi, et in ea quà nunc sunt sententià forent parùm constantes. Quoniam autem ob crimina sibi propria illum oderunt, eos probabile est firmas cum illo, propter ea quæ et metuunt et perpessi sunt, gerere inimicitias. Non igitur, ò Athenienses, negligenda est talis oblata occasio,

---

modo. Gallicè, *jusqu'à un certain point.*

l. 18. vulg. αὐτούς : legi αὑτοὺς cum spiritu aspero.

καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε.

Εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες, καὶ παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, κελεύοντες ὑμᾶς ἐκπλεῖν, καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν ἥνπερ ὑπὲρ τῆς τῶν Εὐβοέων σωτηρίας, εἴχετ' ἂν Ἀμφίπολιν τότε, καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἂν ἦτε ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων. Καὶ πάλιν ἡνίκα Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαὶ, τἄλλα (ἵνα μὴ καθέκαστα λέγων διατρίβω), πολιορκούμενα ἀπεγγέλλετο· εἰ τότε τούτων ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως, καὶ ὡς προσῆκεν, ἐβοηθήσαμεν αὐτοὶ, ῥᾷον καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. Νῦν δὲ τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματα οἰόμενοι σχήσειν καλῶς, ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον ἡμεῖς, καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πω βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. Νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει. Τίς; οὗτος, ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον ἐκείνων.

Καὶ ἔμοι γε δοκεῖ τις ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι-

---

l. 6. τὴν πόλιν, subaudi αὐτῶν.

l. 17. antè ηὐξήσαμεν, vulg. habet καὶ, quod sensum impedit, et abest ab universis ferè codicibus quos consului, ceterisque

neque sinendum ut idem vobis accidat, quod sæpè jam priùs accidit.

4°. Si enim nos quum defensis Eubœensibus rediremus, atque Hierax et Stratocles Amphipolitarum legati, hoc suggestu conscenso, vos navigare, ac oppidum in fidem recipere juberent, idem studium pro nobismetipsis quod pro Eubœensium salute exhibuissemus, Amphipolim tunc obtinuissetis, et omnibus quæ deindè secuta sunt negotiis fuissetis liberati. Rursùs, quum Pydnam, Potidæam, Methonem, Pagasas, cetera (ne singulis commemorandis immorer) obsideri nunciaretur; si tùm harum urbium uni primæ alacriter et ut decuerat opem tulissemus, faciliore nunc et multò humiliore uteremur Philippo. At dùm præsentia semper abjicimus, et futura suâ sponte se rectè habitura opinamur, auximus nos, ô Athenienses, Philippum, et tantum effecimus, quantus nemo unquam fuit rex Macedoniæ. Nunc autem venit occasio. Quæ? ea quæ proficiscitur ab Olynthiis, quæ ultrò offertur civitati, nec ullâ priorum illarum deterior existit.

5°. Ac si quis, ut mihi quidem videtur, deorum

---

citat Reiskius.

l. 21. πρότερον : plurimi codd. et Ald. habent προτέρων.

καιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένων καταστὰς, καί περ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν. Εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως· τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίῤῥοπον, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. Ἀλλ', οἶμαι, παρόμοιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. Ἂν μὲν γὰρ ὅσα ἄν τις λάβῃ, καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ, συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν. Καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως, οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέβη τὸ παρὰ τῶν θεῶν χρηστὸν, μνημονεύουσι. Πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται.

Διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φροντίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι, τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα. Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρα-

---

l. 7. Volfius habet βουλόμεθα : prætuli βουλώμεθα quod dant plures libri tùm impressi tùm manuscripti.

l. 10. καὶ σώσῃ, hic καὶ significat *etiam*.

l. 16. τῶν προϋπαρξάντων : multi codices legunt τῶν πρὶν ὑπαρξάντων.

Digitized by Google

ergà nos liberalitatem rectè æstimaverit, is, tametsi multa non ità se gerant ut deberent, magnam tamen illis gratiam sit habiturus; idque haud immeritò. Nam quòd multa bello amisimus, id in negligentiam nostram conferre jure possis. Quòd autem neque olìm hoc contigit, et nobis quædam nunc occurrit societas quæ ista compenset, modò eà uti velimus, hoc ego divinæ benevolentiæ beneficium interpretor. Sed perindè fit scilicet ut et in acquirendà pecunià. Si quis eam quam acceperit, etiam servaverit, magnam habet fortunæ gratiam: sin imprudens amiserit, unà amisit et accepti à fortunà beneficii memoriam. Sic etiam in rebus gerendis, qui occasionibus non rectè usi sunt, ii, quamvis boni quidpiam divinitùs extiterit, haud meminerunt. Ex postremis enim de prioribus fit plerumque judicium.

Quapropter vobis ea quæ restant, Athenienses, magnæ curæ esse debent, ut, his emendatis, impressam ob res malè administratas ignominiæ maculam eluamus. Quòd si hos quoque homines destituerimus, Athenienses, atque ille Olynthum

l. 18. ταῦτ', nempè τὰ ἠμελημένα.

l. 20 et 21. malim juxtà Volfium προησώμεθα et καταστρέψηται, quia orator hypotheticè loquitur. Cod. A legit προησόμεθα et codd. D et Kk καταστρέψηται.

σάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλύον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται.

Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον δι' οὗ μέγας γέγονεν, ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν Ποτίδαιαν, Μεθώνην αὖθις· εἶτα Θετταλίας ἐπέβη. Μετὰ ταῦτα Φερὰς, Παγασὰς, Μαγνησίαν, πάνθ' ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον, ᾤχετ' εἰς Θρᾴκην· εἶτ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων, ἠσθένησε. Πάλιν ῥαΐσας, οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε. Τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀρύμβαν, καὶ ὅπη τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. Τί οὖν, τὶς ἂν εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθέκαστον αἰεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελὲς, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην ᾗ πρὸς ἅπαντας χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις, ἡσυχίαν σχήσει. Εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς αἰεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν ἐγνωκὼς ἔσται, ἡμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐῤῥωμένως τῶν πραγμάτων,

---

l. 4. vulgata habet δι'όν : ego accepi è Reiskianâ editione δι'οὗ, quod Reiskius dicit se legisse in supplemento Augustano.

Digitized by Google

everterit, dicat mihi aliquis quid eum jam sit remoraturum quominùs eat quò velit.

6°. Num quis vestrùm spectat, Athenienses, idque cogitat, quemadmodum magnus evaserit Philippus, quum initiò infirmus esset? primùm Amphipoli captâ, deindè Pydnâ, mox Potidæâ, denique Methone, postremò Thessaliam invasit. Demùm, quum Pheras, Pagasas, Magnesiam, omnia suo arbitratu composuisset, in Thraciam abiit. Mox ibi, regibus aliis ejectis, aliis constitutis, incidit in morbum. Ex quo scilicet recreatus, non ad socordiam deflexit, sed statìm aggressus est Olynthios. Ejus autem in Illyrios et Pæonas, et adversùs Arymbam, et quò quis diceret, expeditiones prætermitto. Quid igitur, inquiet aliquis, ista nunc nobis commemoras? Ut cognoscatis utrumque, ò Athenienses, et sentiatis, tùm abjicere singulatìm semper aliquid rerum quàm non expediat, tùm eam agendi alacritatem, Philippo innatam, quâ ergà omnes utitur, et præ quâ fieri non potest ut rebus gestis contentus otio acquiescat. Porrò si ille persuasus erit sibi semper aliquid novi esse aggrediendum, nos autem nullius rei curam nobis naviter esse suscipiendam,

---

l. 17 et 18. καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην, subaudi γνῶτε οἵα ἐστιν.

σκοπεῖσθε εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν; Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα, ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.

Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾷν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ, τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας, ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ· οὐ μὴν οἶμαι γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ', ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι.

Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν,

---

l. 1. ad τελευτῆσαι sub. ἄν.

l. 5. pro ὥσπερ posset legi ὅνπερ, quod habent codd. E, N, et sup. Aug. Cod. A dat. ὥσπερ in textu et ὅνπερ ad marg.

l. 8. ἐπὶ πολλῷ, subaudi τόκῳ vel διαφόρῳ, *magno fœnore*, *magno intertrimento.*

Digitized by Google

considerate quem tandem spes sit harum rerum futurum esse exitum. Quis vestrûm, per deos, adeò socors est qui nesciat bellum indè ad nos venturum, si neglexerimus? Verùm id si fiat, vereor, Athenienses, ne quemadmodum ii qui temerè pecuniam magno fœnore mutuò sumunt, atque illâ paulisper locupletati, post etiam propriis fundis evertuntur: sic et nobis nostram segnitiem magno constitisse appareat, et dùm omnia referimus ad voluptatem, in eam demùm necessitatem veniamus, ut multa et gravia nobis præter libitum nostrum facienda sint, et de nostro ipsorum agro sit dimicandum.

7°. Ac reprehendere quidem dixerit forsitan aliquis esse facile et cujusvis, at quid in re præsenti statuendum sit pronunciare, id esse consiliarii. Ego verò, ô Athenienses, quanquam illud non ignoro sæpè vos non iis irasci qui malorum vestrorum sunt autores, sed iis qui postremi sententiam dixerint, ubi quid ex sententiâ non evenerit; non tamen arbitror meæ privatæ salutis itâ habendam esse mihi rationem, ut dissimulem ea quæ vobis utilia fore existimo.

Censeo igitur duobus vos oportere modis rebus

---

l. 19. σκοποῦντ', subaudi ἐμέ.

Digitized by Google

τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν, καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν, καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις. Εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται. Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο, Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν, ἀμυνεῖται· εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι, προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῇ τὴν βοήθειαν εἶναι.

Καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα γιγνώσκω. Περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά· ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου· εἰ δὲ μὴ, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου. Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί', οὐκ ἔγω γε. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ, καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ

l. 4. ὀλιγωρήσετε, ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε, inquit Harpocratio.

l. 6. ad ποιούντων aut addendum aut certè subaudiendum

succurrere, tùm urbes Olynthiorum tuendo et mittendo milites qui id agant, tùm regnum illius vastando et triremibus et militibus aliis. Quòd si alterutrum neglexeritis, vereor ne irrita futura sit expeditio vestra. Sive enim ille agrum suum à vobis diripi passus, ipse interìm Olynthum subegerit, facilè domum reversus, damna ulciscetur; sive auxilia vos duntaxat Olynthum miseritis, videns ille res domi esse in tuto, assidebit et instabit obsidioni, obsessos scilicet morâ superabit. Auxilia igitur et magna et bipartita esse oportet.

8°. Ac de auxiliis quidem hæc sentio: quod autem ad pecuniam comparandam attinet, est, Athenienses, pecunia vobis, est quanta omnium mortalium nemini, militaris, eam verò vos sicuti lubet accipitis. Quam si militantibus restitueritis, nullo alio vobis opus erit subsidio: sin minùs, opus erit, vel potiùs, nullum prorsùs erit subsidium. Quid igitur, dicat aliquis, túne autor es ut hæc sit militaris? Ego verò nequaquam. Ego enim conscribendos milites censeo, et hanc pecuniam esse debere militarem, et unam eamdemque esse

---

μόνον, quod in altero opposito membro expressum est.

l. 10. vulg. καὶ περιέσῖαι: delevi καὶ quod abest ab universis ferè quos inspexi codicibus, et à Fel. et Ald.

l. 20 et 23. ταῦτ', scilicet ἃ ὑμεῖς λαμβάνεῖε.

ποιεῖν τὰ δέοντα. Ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. Ἔστι δὴ λοιπὸν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλὰ, ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους· ὧν ἕλεσθε ὅστις ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ, καὶ ἕως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι, τὰ πράγματα ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίππου. Οὔτε γὰρ, ὡς δοκεῖ, καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐπρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστα, αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει, οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν. Ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. Τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονὸς, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει· εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. Ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· κο-

l. 2. addidi ταῦτα quod et addunt codd. E, Dd, Ee, in textu, et Q inter lineas.

l. 4. vulg. Δεῖ δὴ: accepi ex editione Parisinâ δὲ quod et habent multi codd.

l. 12. οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστα, intellige, inquit Reiskius, quasi legeretur, οὐδ' ὡς ἂν ἔχῃ, εἰ κάλλιστα ἔχῃ. Ceterùm vulg. habet οὐδ' ἂν ὡς: prætuli οὐδ' ὡς ἄν, quod dant ed. Par. et optimi codd.

rationem et agendi et accipiendi quæ oporteat. Hanc autem vos accipitis ad festa celebranda, non ad res gerendas. Porrò reliquum est, ôpinor, ut omnes tributum conferant; si multis opus erit, multum, si paucis, parvum. Omninò certè pecuniis est opus, nec sine his quidquam potest ritè administrari. Indicant alii alias etiam parandæ pecuniæ vias: è quibus eam vos eligatis quæ maximè conducere videbitur, et rerum curam, dùm adest occasio, suscipiatis.

9°. Illud etiam est operæ pretium cogitare et reputare quo in loco nunc sint res Philippi. Neque enim (ut videatur, et dici possit re non satis perpensâ) status ejus præsens præclarus est et pulcherrimus, neque ipse intulisset hoc bellum unquam, si gerendum forè censuisset. Atenim primo statìm impetu sperabat se rem omnem confecturum; quâ spe frustratus est. Hoc igitur primum illum turbat et magnam ipsi movet ægritudinem; deindè etiam res Thessalorum. Namque hi naturâ scilicet et omnibus semper mortalibus infidi fue-

---

l. 16. κἆτα, resolve καὶ εἶτα.

l. 18. τὰ τῶν Θετταλῶν, id est, οἱ Θετταλοί. Sic infrà pag. 30, l. 8. τὰ τῶν Ὀλυνθίων, pro οἱ Ὀλύνθιοι.

Ibid. Ταῦτα, id est, οὗτοι οἱ Θετταλοί.

μισὴ δ' ὥσπερ ἦν, καὶ ἐστὶ νῦν τούτῳ. Καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν· ἤκουον δ' ἔγω γέ τινων ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. Ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα, καὶ τὸν Ἰλλυριὸν, καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας, ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους ἢ δούλους εἶναι. Καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι, καὶ ἄνθρωπος ὑβριστὴς, ὥς φασι. Καὶ, μὰ Δι', οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται· διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.

Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας, ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ, καὶ στρατευομένους αὐτοὺς, καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας· λογιζομένους, εἰ Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν, καὶ πόλε-

l. 5. vulg. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν Θετταλῶν : accepi ex ed. Par. τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν, et ità legunt codd. optimi.

runt; quales autem fuere, tales eos nunc ille experitur. Decreverunt enim Pagasas ab eo reposcere, et Magnesiam muniri vetuerunt. Præterea quosdam audivi ego qui dicerent non ei Thessalos posthac concessuros ut portoriis et vectigalibus frueretur; ex his quippè Thessalorum respublicas sustentari, non hæc intercipi à Philippo oportere. Quà pecunià si privatus fuerit, in arctum admodùm ei stipendia peregrini militis redigentur. Jam Pæonem et Illyrium, ceteros denique omnes existimandum sui juris et liberos quàm servos esse malle. Illi enim insueti sunt parere cuiquam, et homo, ut aiunt, injurius est. Quod profectò haud difficilè credideris. Nam secundæ res quæ non sperabantur stultis occasio sunt insaniendi. Itaque sæpè videtur parata tueri bona esse difficilius quàm parare.

Oportet igitur vos, Athenienses, incommoditates illius vestras commoditates esse arbitratos, res alacriter suscipere, legatos mittere quò mittendi sunt, ipsos militare, et alios omnes concitare. Nam si Philippo talis contrà nos daretur

---

l. 14. παρὰ τὴν ἀξίαν, *contrà opinionem*, *contrà solitum*.

l. 20. συνάρασθαι intellige, vel simpliciter *suscepisse*, vel *unà cum Olynthiis suscepisse*, i. e. Olynthios adjuvisse in rebus gerendis.

μος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν; Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε;

Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερον ὑμᾶς ἐκεῖ χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον. Ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε, καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε, τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι. Ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Ἀλλὰ Φωκεῖς; οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσητε ὑμεῖς. Ἢ ἄλλος τις; Ἀλλ' ὦ τὰν, οὐχὶ βουλήσεται. Τῶν ἀτοπωτάτων μέν τ' ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι. Εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα ἡμέρας μόνας ἔξω γενέσθαι, καὶ ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ χρωμένους, τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου λέγω, πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς γεωργοῦντας

---

l. 10. ἐκεῖνα, nempè τὰ τῶν Ὀλυνθίων.

l. 14 et 15. inter eos omnes quos adivi libros, tùm impressos,

opportunitas, et bellum propè nostros fines orietur, quàm cupidè putatis eum in nos invasurum? Et non pudeat vos si ea quæ pateremini, si posset ille, nec datâ occasione facere audeatis?

10°. Præterea ne hoc quidem vos lateat, Athenienses, nunc optionem dari vobis, utrùm vos oporteat illìc bellum gerere, an apud vos illum. Si enim Olynthus resistat, cùm illius regnum vastabitis, tùm securè hâc vestrâ terrâ fruemini. Sin illam Philippus occupârit, quis porrò eum huc ire prohibebit? Thebani? ne sit dictu acerbius, etiam expeditè unà irrumperent. An Phocenses? qui ne sua quidem sine vestris auxiliis tueri possunt. An alius quispiam? At, Hercule, nolet. Omnium certè absurdissimum fuerit, si quæ nunc, etiam cum stultitiæ reprehensione, tamen eloquitur, ea non faceret quum dabitur potestas. Quantùm autem intersit hìc an illìc bellum geratur, verbis nihil opus esse existimo. Si enim oporteret per triginta duntaxat dies vos ipsos foris esse, et quæ alendo sunt exercitui è nostræ regionis proventibus sumere, dico etiam nullo hoste in eâ versante, damnum hoc quod ii vestrûm qui agros colitis

tùm manuscriptos, alii ut nos pungunt ὑμεῖς. Ἤ ἄλλος: alii virgulam inserunt ὑμεῖς, ἢ ἄλλος: alii nullam omninò interponunt distinctionem ὑμεῖς ἢ ἄλλος.

ὑμῶν, ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν προτοῦ πόλεμον δεδαπάνησθε. Εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι; καὶ προσέσθ' ἡ ὕβρις, καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι.

Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας, ἅπαντας βοηθεῖν, καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον· τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς· τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τοῦ Φιλίππου χώρᾳ κτησάμενοι, φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται· τοὺς δὲ λέγοντας, ἵν' αἱ τῶν πεπολιτευμένων αὐτοῖς εὐθύναι ῥᾴδιαι γένωνται· ὡς, ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κριταὶ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε. Χρηστὰ δὲ εἴη παντὸς εἵνεκα.

---

l. 1. vulg. πρὸ τοῦ: prætuli cum Aldo et multis codd. προτοῦ. Mox pro δεδαπάνηται in vulg. legi δεδαπάνησθε quod habent libri ſerè omnes, tùm manuscripti, tùm impressi.

l. 3. vulg. προσέσθαι, mendum evidens: voluit certè προσέσται. Ald. et multi codd. optimæ notæ habent προσέσθ', quod

facerent, majus fore totius belli superioris impensis arbitror. Quòd si quæ hostiles copiæ venerint, quantum verò detrimentum metuendum erit! accedit injuria, atque insuper ipsius rei dedecus, quod sanis quidem viris nullo minus est detrimento.

11°. Itaque, his omnibus perpensis, universos decet militare, et bellum illuc amoliri; divites, ut pro multis quæ deorum benignitate possident, impendentes pauca, reliqua securè teneant: juvenes, ut in Philippi regno partà bellandi peritià, intactæ patriæ formidandi custodes fiant: oratores, ut suæ administrationis rationes faciliùs possint reddere; nam ut eæ res erunt quæ vobis evenient, ità et vos de actis eorum judicabitis. Quæ utinam omnium causà prosperæ sint!

---

admisi. = ἡ ὕβρις, nempè παρὰ τῶν πολεμίων στρατευομένων, contumeliæ ab hostibus illatæ.

l. 8. καλῶς ποιοῦντες, reddidi latinè unà cum Volfio, *benignitate deûm;* sed cum eodem arbitror formulam esse quâ exprobrationis et invidentiæ suspicionem orator deprecetur.

Digitized by Google

ANALYSIS

OLYNTHIACÆ SECUNDÆ.

Propositum idem est ac præcedentis.

Breve exordium.

Hoc est insigne deorum beneficium, quòd regno Philippi finitima civitas inimicitias cum illo gerat immortales; hæc est optima occasio à diis oblata, quâ non uti Atheniensibus turpissimum fuerit.

Confirmatio.

1°. Dicit orator quas ob causas Philippi potentiam non sit enarraturus, sed ad alia transiturus quæ sint civibus suis utilia auditu et illi probrosa; nempè ut perjurus ille et perfidus ex factis demonstretur.

2°. Exponitur perfida et dolosa Philippi agendi ratio ergà Athenienses, ergà Olynthios, ergà Thessalos; undè patet, mendaciis per quæ ad summa pervenit retectis, eum jam ad ima descensurum.

3°. At, inquiet aliquis, ille per vim ea retinebit quæ per dolum eripuit. Demosthenes ostendit per sententias et comparationes eam solam potentiam firmam esse et stabilem quæ benevolentiâ sociorum nitatur.

4°. Hortatur suos ut promptè et validè opem ferant Olynthiis; ut legatos mittant ad Thessalos, sed postquam eduxerint exercitum et omnia egerint quæ bellum postulat, quò non verba solùm, at etiam res populis proponant. Indè, ait, palàm fiet quàm infirma sit domestica illius potentia.

5°. Ostendit per exempla Macedoniam per se infirmam, aliquid roboris habere quum aliis adjicitur, Philippumque ipsam bellis et expeditionibus effecisse infirmiorem, dùm vulgus Mace-

Digitized by Google

donum bello detinet et exhaurit, belli ipse assiduus sectator; dùm milites peregrinos et satellites, si qui sint peritiores rei militaris, per invidiam expellit; dùm viros bonos et modestos negligit, eos autem fovet qui intemperantissimi sint et nequissimi. Hæc paulò fusiùs effert Demosthenes.

6°. Hæc Philippi mala non nunc apparent, rebus ipsius prosperis obumbrata, sed mox retegentur si paulùm impegerit; quod per luculentam comparationem ostendit orator.

7°. Atenim Philippus fortunâ favente utitur; imò fortuna Atheniensium multò melior est, et plura sunt cur dii ipsis faveant quàm Philippo. Sed Philippus nihil omittit, nihil negligit, dùm Athenienses omnia segniter agunt et desidiosè. Hæc segnities et desidia vividè depinguntur, ut ipsos pudeat, et rebus suis tandem diligentiùs attendant.

8°. Ergò debent pecuniam conferre, ipsi militare, præsertimque ducibus suis omnes tollere excusationes. Indè ostenditur quomodo bellarent copiarum duces, quomodo reversi Athenas se defenderent, quomodo interìm pessùm irent res publicæ.

9°. Concluditur postulando ut omnes ad bellum pro suâ parte conferant, sive consiliis, sive armis, sive pecuniis; ut detur omnibus dicendi potestas, et ex auditis optima eligantur.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΛΟΓΟΥ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ β.

Προσήκαντο μὲν τὴν πρεσβείαν τῶν Ὀλυνθίων οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κεκρίκασι. Μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον, καὶ δεδίοσιν, ὡς δυσπολεμήτου ὄντος τοῦ Φιλίππου, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης, πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ἐπιδεικνὺς ὡς ἀσθενῆ τὰ τοῦ Μακεδόνος πράγματα. Καὶ γὰρ τοῖς συμμάχοις ὕποπτον αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν οὐκ ἰσχυρόν. Τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς.

l. 3 et 4. vulg. δεδίασιν et παρελθὼν δ' ὁ. Universi libri,

Digitized by Google

LIBANII

ARGUMENTUM

SECUNDÆ ORATIONIS OLYNTHIACÆ.

Admiserunt legationem Olynthiorum Athenienses, et eis auxiliari decreverunt; sed quum expeditionem differrent metuerentque ne sibi difficile cum Philippo bellum esset futurum, Demosthenes progressus populum studet confirmare, dùm ostendit quàm infirmæ sint opes regis Macedonis. Nam et sociis eum suspectum esse ait, et suis viribus parùm valere, quum Macedones per se sint infirmiores.

---

quos quidem viderim, legunt ut nos legimus.

l. 6. ἰδίαν, codd. L, M, Dd et Ee, οἰκείαν.

Digitized by Google

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ

ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. Τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι, καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους, καὶ, τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς, πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι· δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτοὺς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξωμεν τῶν ὑπαρχόντων· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἡμέν ποτε κύριοι φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν

l. 4. vulg. πολεμήσαντας: dedi πολεμήσοντας quod dant ceteri libri, tùm manuscripti, tùm impressi, præter Fel.

l. 13. τῶν ὑπαρχόντων: orator vocat τὰ ὑπάρχοντα, occasiones fortunæ benignitate oblatas.

l. 15. προϊεμένους: hic, inquit Reiskius, participium sub-

Digitized by Google

OLYNTHIACA

SECUNDA.

Breve exordium.

Cùm multis in rebus, Athenienses, perspici mihi posse videtur deorum immortalium benevolentia evidenter declarata ergà rempublicam, tùm verò in negotiis præsentibus. Quòd enim hostes Philippi extiterunt ii, qui et finitimam ipsius regno regionem tenent, et potentià nonnullà præditi sunt, et, quod omnium maximum est, de hoc bello ità sentiunt, ut omnem cum illo pacificationem, primùm infidam, deindè patriæ suæ exitiosam esse putent, admirabile quoddam esse apparet ac divinum beneficium. Illud igitur jam providendum est, Athenienses, ne ipsi de nobis pejùs mereri quàm res oblatæ videamur. Namque hoc turpe, imò turpissimum fuerit, nos non modò urbes et loca quæ aliquandò tenuimus, sed etiam à fortunà

---

stantivi locum obtinet, more latino. Ut *amans dei*, ità προϊέμενος καιρῶν, *omittens opportunitatum.*

ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι, καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προτρέπειν τὰ δέοντα ποιεῖν ὑμᾶς, οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι. Διὰ τί; ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ᾽ ὅσα ἂν εἴπῃ τὶς ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινὰ, ἡμῖν δ᾽ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι. Ὁ μὲν γὰρ ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτοῦ, τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται· ὑμεῖς δὲ, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. Ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω. Καὶ γὰρ εἰ μετ᾽ ἀληθείας τὶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοποῖτο, ἐνθένδ᾽ ἂν μέγαν αὐτὸν ἴδοι γεγενημένον, οὐχὶ παρ᾽ αὑτοῦ. Ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις χάριν, ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, ὑπὲρ τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν. Ἃ δὲ καὶ χωρὶς τούτων ἔνι, καὶ βέλτιστόν ἐστιν ἀκηκοέναι πάντας ὑμᾶς, καὶ μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατ᾽ ἐκείνου φαίνοιτ᾽ ἂν ὀνείδη

l. 7 et 8. ἡμῖν δ᾽ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι, potest hoc utcumque intelligi, nempè sic mente supplendo, κατ᾽ αὐτὰ δὲ ταῦτα δοκεῖ οὐχ ἡμῖν καλῶς πεπρᾶχθαι, *in his verò ipsis non videtur à nobis benè factum fuisse*, quòd scilicet passi fuerimus in tantam potentiam excrevisse Philippum : sed malim cum Reiskio ità legi hunc locum, ἡμῖν δὲ ὄνειδος τοῦ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι, *nobis autem*

comparatos et socios et occasiones, omninò abjicere.

Confirmatio.

1°. Ac Philippi quidem potentiam enarrare, ô Athenienses, et iis verbis ad ea quæ par est facienda vos exhortari, non expedire existimo. Quamobrem? quia quidquid eâ de re aliquis dixerit, id ut illi nonnihil afferre laudis, sic à nobis non præclarè administratum esse videatur. Quò enim is plura contrà omnium opinionem gessit, eò admirabilior apud omnes habetur. At vos quantò deteriùs rebus estis usi, tantò majus opprobrium suscepistis. Hæc igitur omittam. Etenim si quis verè consideraverit, ô Athenienses, illum videat per nos magnum esse factum, non à semetipso. Proindè quas ille res acceptas iis referre debeat, qui ex ejus commodo rempublicam administrârunt, quosque suppliciis deceat coercere, non esse video nunc commemorandi locum. Quæ autem etiam præter hæc se offerunt, et vobis omnibus utilissima sunt auditu, et magno, Athe-

---

id afferunt dedecoris quòd res à nobis non sint praeclarè gestae.

l. 17. vulg. τούτων οὐχὶ . . . . sine ὑπὲρ, potuit intelligi quasi diceretur, οὐχ ὁρῶ νῦν καιρὸν τοῦ ταῦτα λέγειν : verùm addidi ὑπὲρ cum. codd. L, N, et aliis qui à Reiskio commemorantur.

βουλομένοις ὀρθῶς δοκιμάζειν, ταῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι.

Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν, ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνύναι, λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως· τὸ δὲ πάνθ' ὅσα πώποτ' ἔπραξε, διεξιόντα, ἐφ' ἅπασι τούτοις ἐλέγχειν, καὶ βραχέος λόγου συμβαίνει δεῖσθαι, καὶ δυοῖν ἕνεκα ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι, τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, καὶ τοῦ τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους ὡς ἄμαχόν τινα τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον παρακρουόμενος, μέγας νῦν ηὐξήθη, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τὴν τελευτὴν τὰ πράγματα αὐτῷ.

Ἐγὼ μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σφόδρα ἂν ἡγούμην καὶ αὐτὸς φοβερὸν εἶναι, καὶ θαυμαστὸν τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον. Νῦν δὲ, θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω, τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν τὸ κατ' ἀρχὰς, ὅτε Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι, τῷ τὴν Ἀμφίπολιν φάσκειν παραδώσειν, καὶ τῷ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο

l. 11. διεξελήλυθεν, hic idem ac διεπορεύθη, *praetervecta sunt*, i. e. consumpta sunt.

l. 13 et 14. αὐτῷ: multi codd. legunt αὐτοῦ. Deinde addidi μὲν quod abest à vulg., et quod addunt plurimi, et quidem optimæ notæ, codices.

nienses, illi esse probro apparebit, si qui rectè æstimare velint, ea dicere conabor.

Eum igitur ità perjurum et perfidum vocare, ut facta ab ipso non monstrentur, convicium esse inane jure dixeris: quæ verò unquam gessit, ea posse recenseri et coargui omnia brevi oratione, et duabus de causis dici expedire arbitror, tùm ut illum, id quod res est, improbum esse constet, tùm ut qui Philippum admirantur tanquam invictum, ea omnia consumpta esse videant quibus ille dudùm per imposturam magnitudinem hanc suam auxit, et res ejus ad ipsum finem accedere.

2°. Equidem, Athenienses, planè arbitrarer et ipse formidandum esse et admirandum Philippum, si justa agendo eum crevisse viderem. Nunc re diligenter perpensâ, reperio Philippum hinc nostram ab initio pellexisse socordiam, quum Olynthios quidam à nobis repulerunt apud nos orationem habituros, quòd se Amphipolim nobis traditurum diceret, et arcanum illud adornaret

l. 21. plures codd. et edit. habent καὶ τῷ sine τὸ: ego ad Reiskii mentem utrumque copulavi, et addidi τῷ, quod abest à vulgatâ. Ceterùm quod fuerit *arcanum illud olim jactatum*, τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο, ignoratur, et de hoc planè silet historia.

κατασκευάσαι, τούτῳ προσαγόμενον· τὴν δὲ Ὀλυνθίων φιλίαν μετὰ ταῦτα, τῷ Ποτίδαιαν, οὖσαν ἡμετέραν, ἐξελεῖν, καὶ τοὺς μὲν πρότερον συμμάχους ἡμᾶς ἀδικῆσαι, παραδοῦναι δὲ ἐκείνοις· Θετταλοὺς δὲ νῦν τὰ τελευταῖα, τῷ Μαγνησίαν παραδώσειν ὑποσχέσθαι, καὶ τὸν Φωκικὸν πόλεμον ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσειν ἀναδέξασθαι. Ὅλως δὲ οὐδεὶς ἐστὶν ὅντιν᾽ οὐ πεφενάκικεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων. Τὴν γὰρ ἑκάστων ἄνοιαν ἀεὶ τῶν ἀγνοούντων αὐτὸν ἐξαπατῶν καὶ προσλαμβάνων, οὕτως ηὐξήθη. Ὥσπερ οὖν διὰ τούτων ἤρθη μέγας, ἡνίκα ἕκαστοι συμφέρον αὐτὸν ἑαυτοῖς ᾤοντό τι πράξειν· οὕτως ὀφείλει διὰ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ καθαιρεθῆναι πάλιν, ἐπειδὴ πάνθ᾽ ἕνεκα ἑαυτοῦ ποιῶν ἐξελήλεγται. Καιροῦ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τοῦτο, πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πράγματα· ἢ παρελθών τις ἐμοὶ, μᾶλλον δὲ ὑμῖν, δειξάτω, ἢ ὡς οὐκ ἀληθῆ ταῦτ᾽ ἐγὼ λέγω, ἢ ὡς οἱ τὰ πρῶτα ἐξηπατημένοι, τὰ λοιπὰ πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἢ ὡς οἱ παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θετταλοὶ, νῦν οὐκ ἂν ἐλεύθεροι γένοιντο ἄσμενοι.

Καὶ μὴν εἴ τις ὑμῶν ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν ἡγεῖται, οἴεται δὲ βίᾳ καθέξειν αὐτὸν τὰ πράγματα, τῷ

---

l. 1. vulg. κατασκευάσειν : dedi κατασκευάσαι quod dant permulti et optimi codices.

l. 2. φιλίαν, sicut et paulò inferiùs Θετταλούς, refer ad προ-

olìm adeò jactatum; Olynthiorum deindè amicitiam hinc sibi adjunxisse, quòd à nobis eriperet Potidæam quæ nostra esset, eàque illis traditâ nobis prioribus sociis inferret detrimentum; Thessalos nunc postremò hinc sibi conciliasse, quòd promitteret se eis traditurum Magnesiam, et reciperet se Phocense bellum pro eis gesturum. Denique nemo est eorum qui ipso sunt usi, quem non deceperit. His enim crevit artibus, dùm semper eorum à quibus ignoraretur imprudentiam circumveniebat atque asciscebat. Ut igitur per hoc ad magna ascendit, dùm singuli aliquo se ab eo beneficio affectum iri putabant; sic per hoc idem etiam dejici rursùs eum oportet, postquam compertum est ipsum ad suam utilitatem omnia referre. In eo igitur loco res Philippi nunc sunt, Athenienses; aut prodeat aliquis, et mihi ac potiùs vobis ostendat, vel hæc à me non verè dici, vel eos qui primùm decepti fuere in ceteris ei credituros, vel Thessalos eà quam non sperabant servitute oppressos, nunc non teneri desiderio recuperandæ libertatis.

3°. Quòd si quis vestrùm hæc quidem ità esse existimat, opinatur verò illum per vim res suas

---

σα.῀όμενον quod præcessit.

τὰ χώρια καὶ λιμένας καὶ τὰ τοιαῦτα προειληφέναι· οὐκ ὀρθῶς οἴεται. Ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ, καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου· καὶ συμπονεῖν, καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς, καὶ μένειν, ἐθέλουσιν οἱ ἄνθρωποι. Ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τὶς, ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα, καὶ ἐπιορκοῦντα, καὶ ψευδόμενον, δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὐτὰ καταῤῥεῖ. Ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ· οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι νῦν ἐν τοῖς πεπραγμένοις Φιλίππῳ.

Φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τὶς λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι· πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ· καὶ γὰρ νῦν εἰσιν ἐψηφισμένοι Παγασὰς ἀπαιτεῖν,

---

l. 7 et 8. ἀνεχαίτισε, inquit Harpocratio, Δημοσθένης ἐν τοῖς φιλιππικοῖς, ἀντὶ τοῦ ἀνάκοψεν, ἢ ἀνέτρεψεν· ἐκ μεταφορᾶς τῶν

retenturum, quòd oppida et portus et alia ejusmodi præripuerit, non rectè opinatur. Quum enim benevolentiâ res coaluerunt, et eadem expediunt omnibus belli sociis, tunc et laborem impendere, et ferre ærumnas, et perseverare, volunt homines. At si quis per cupiditatem et improbitatem, ut ille, evasit potens, prima quæque occasio et parva offensio omnia subvertit et dissolvit. Non enim fieri, non fieri potest, ô Athenienses, ut injurius aliquis et perjurus et mendax stabilem potentiam acquirat. Nam talia semel et ad breve tempus consistunt, et spem de se, si fors ceciderit, commodam præbent, sed tandem patefiunt et ultrò collabuntur. Nam, meâ quidem sententiâ, ut ædium et navis et aliarum rerum ejus generis imas partes firmissimas esse oportet; sic etiam rerum gestarum initia et fundamenta, vera et justa esse convenit. Id autem non inest nunc in rebus à Philippo gestis.

4°. Itaque censeo à nobis et opem ferendam esse Olynthiis (quod quò meliùs et celeriùs aliquis fieri jusserit, eò magis mihi probabitur), et ad Thessalos legationem mittendam, quæ alios hæc edoceat, alios exhortetur. Nunc enim Paga-

ἵππον, metaphora sumpta ab equis, qui nempè jubis erectis et excussis, jugum quoque et onus excutiunt.

Digitized by Google

καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι. Σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν, ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως καὶ ὄντων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν. Ὡς ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως. Ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ. Πολλὴν δὲ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν, εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν. Κἂν ταῦτα ἐθελήσητε ὡς προσήκει καὶ δεῖ περαίνειν, οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ ἀσθενῶς καὶ ἀπίστως ἔχοντα φανήσεται Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ δυνάμεως κακῶς ἔχοντα ἐξελεγχθήσεται.

Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχή, ἐν μὲν προσθήκης μέρει, ἐστί τις οὐ σμικρά· οἷον ὑπῆρξε πόθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους· πάλιν αὖ πρὸς Ποθίδαιαν Ὀλυνθίοις ἐφάνη τι τοῦτο συναμφότερον· νυνὶ δὲ Θετταλοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε. Καὶ ὅπῃ τις ἄν, οἶμαι, προσθῇ κἂν

---

l. 20 et 21. τοῦτο συναμφότερον, scilicet ἥ τε μακεδονικὴ καὶ ἡ ὀλυνθιακὴ δύναμις.

sas reposcere et de Magnesiâ verba facere decreverunt. Illud tamen providete, Athenienses, ne verba duntaxat afferant legati nostri, sed et opus aliquod possint ostendere, quum et exercitum vos pro dignitate civitatis eduxeritis, et ipsam rem susceperitis. Nam cùm omnis oratio, si res absunt, frivolum quiddam habetur et inane, tùm verò ea quæ à nostrâ urbe proficiscitur. Quâ quò expeditiùs uti nos putant, eò magis ei diffidunt omnes. Ostendenda autem est rerum gerendarum mutatio insignis, tributo conferendo, militando, omnia strenuè agendo, si modò quisquam vobis fidem habere debeat. Quæ si voletis ut convenit et oportet perficere, non solùm, ô Athenienses, fœderatos infirmos et infidos apparebit esse Philippo; sed etiam domesticum ejus imperium propriamque potentiam malè se habere deprehendetur.

5°. Omninò enim macedonica potentia et imperium, additamenti vice, non parvum sanè quiddam est: cujusmodi vobis aliquandò fuit, imperante Timotheo, contrà Olynthios; atque iterùm contra Potidæam conjunctum utrumque Olynthiis visum est esse aliquid; nunc Thessalos seditione laborantes et conturbatos, idem contrà tyrannicam potentiam adjuvit. Quàcumque de-

Digitized by Google

μικρὰν δύναμιν, πάντ' ὠφελεῖ. Αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστὶ μεστή. Καὶ γὰρ οὗτος ἅπασι τούτοις οἷς ἄν τις μέγαν αὐτὸν ἡγήσαιτο, τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στρατείαις, ἔτ' ἐπισφαλεστέραν αὐτὴν ἢ ὑπῆρχε φύσει, κατεσκεύακεν ἑαυτῷ.

Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς Φίλιππόν τε χαίρειν, καὶ τοὺς ἀρχομένους. Ἀλλ' ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ, καὶ τοῦτο ἐζήλωκε, καὶ προῄρηται πράττων καὶ κινδυνεύων, ἂν συμβῇ τι, παθεῖν, τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦτα ἃ μηδεὶς πώποτε ἄλλος Μακεδόνων βασιλεὺς δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος· τοῖς δὲ, τῆς μὲν φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων οὐ μέτεστι· κοπτόμενοι δὲ ἀεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω, λυποῦνται καὶ συνεχῶς ταλαιπωροῦσιν, οὔτ' ἐπὶ τοῖς ἔργοις, οὔτ' ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἐώμενοι διατρίβειν, οὔθ' ὅσ' ἂν πορίσωσιν οὕτως ὅπως ἂν δύνωνται, ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι, κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον.

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων πῶς ἔχουσι Φι-

l. 15 et 16. ἔργα, inquit Reiskius, sunt arva et sata omnia, vites, horti, quibus colendis vita toleratur, victus quæritur. Τὰ ἴδια sunt propria cujusque domicilia, artes manuariæ quas exercet, et res familiaris.

l. 17 et 18. πορίσωσιν, ut rectè observat idem Reiskius, est hic idem ac πορίσωνται in voce mediâ, *sibi comparent*. Pro πορίσωσι

Digitized by Google

mùm, opinor, quantumvis parvas vires addiderit aliquis, totum adjuvatur. Ipsum verò per se infirmum ac multis malis est refertum. Etenim iste his rebus omnibus, ob quas magnum ipsum existimes, bellis et expeditionibus, ruinosius etiam id quàm suâpte naturâ fuerat, sibimet effecit.

Neque enim putetis, Athenienses, iisdem delectari et Philippum et populum ejus. Verùm ut ille gloriam appetit, eamque rem admiratur, atque instituit rebus gerendis et periculis adeundis, nullum quicumque sit casum recusare, et hanc opinionem ut ea perfecisse dicatur quæ nullus alius Macedonum rex, anteponit vitæ securitati: sic illarum rerum decus nihil ad hos attinet; quin molestè ferunt se assiduis istis sursùm deorsùm obeundis expeditionibus conflictari, et continenter perpeti ærumnas, ut qui nec agris colendis nec domesticis negotiis dare operam sinantur, nec ea quæ collegerint ut potuerunt possint divendere, clausis propter bellum regionis illius emporiis.

Ac Macedonum quidem vulgus quo animo sit

---

aliqui codd. dant ποιήσωσι, à quâ lectione idem non est alienus, quia, inquit, græcè dicitur ποιεῖν σῖτον, *sibi suo labore frumentum quaerere.* = Διαθέσθαι, idem ac πωλῆσαι, *vendere.*

λίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. Οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτὸν ὄντες ξένοι, καὶ πεζέταιροι, δόξαν μὲν ἔχουσιν ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου, ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων τινὸς ἤκουον, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι, οὐδένων εἰσὶ βελτίους. Εἰ μὲν γάρ τις ἀνήρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, οἷος ἔμπειρος πολέμου καὶ ἀγώνων, τούτους μὲν φιλοτιμίᾳ πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη, βουλόμενον πάντα αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι τὰ ἔργα· πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν φιλοτιμίαν τ' ἀνδρὸς ἀνυπερβλήτον εἶναι. Εἰ δέ τις σώφρων, ἢ δίκαιος ἄλλως, τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμοὺς, οὐ δυνάμενος φέρειν, παρεωρᾶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον. Λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν εἶναι λῃστὰς, καὶ κόλακας, τοιούτους ἀνθρώπους οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Δῆλον δ' ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ. Καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας, Καλλίαν ἐκεῖνον

l. 2. πεζέταιροι: vulgatissima lectio est πεζαίτεροι; sed illam prætuli quam inveni apud Volfium, quam ed. Par. dat ad marginem, et quam confirmat Harpocratio. Πεζέταιροι, i. e. πεζοὶ ἑταῖροι, ità dicebantur, inquit, ὅπως μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες, ut regiæ amicitiæ participes, ad capessenda munia promptissimi redderentur.

Digitized by Google

ergà Philippum, ex his facilè intelligitur. Qui autem circà ipsum versantur milites peregrini et satellites, habentur scilicet admirandi et bello exercitatissimi; sed, ut ipse è quodam in Macedoniâ nato audivi, nihilò sunt aliis præstantiores. Nam si qui inter eos sint rei militaris et certaminum periti, eos omnes ab ipso, ut est laudis nimiùm ambiens, repelli dicebat, utpote qui velit videri sua esse omnia facinora: præter cetera enim et ambitionem viri esse immensam. Si quis verò modestus aut alioqui vir bonus, quotidianam illius intemperantiam, et ebrietatem, et saltationes obscœnas ferre nequeat, eum negligi et nullo esse numero. Reliquos porrò qui cum ipso vivunt, latrones esse, et adulatores, et tales homines qui inebriati ità saltare non recusent ut ego nunc apud vos dicere verear. Perspicuum est autem hæc vera esse. Etenim quos hinc omnes expellebant ut præstigiatoribus multò nequiores, Calliam illum

---

l. 7. οἷος vacat, sed non abundè vitiat: idem valet ac si diceretur τοιοῦτος οἷός ἐστί τις ἔμπειρος.

l. 13. κορδακισμούς. Δημοσθένης φιλιππικοῖς, inquit Harpocratio. Ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος, *cordax* est genus saltationis comicæ.

l. 14. παρεωρᾶσθαι, refertur ad ἔφη. Multi codices habent παρεῶσθαι, ità ut dubitatio sit inter utramque lectionem.

τὸν δημόσιον, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ καὶ περὶ αὑτὸν ἔχει.

Καί τοι ταῦτα εἰ καὶ μικρά τις ἡγεῖται, μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. Ἀλλ', οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν. Αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη· εἰ δέ τι πταίσειε, τότε ἀκριβῶς αὐτοῦ πάντ' ἐξετασθήσεται. Δοκεῖ δ' ἐμοί γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείξειν οὐκ εἰς μακράν, ἂν οἵ τε θεοὶ θέλωσι, καὶ ὑμεῖς βούλησθε. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθέκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ· οὕτω καὶ τῶν πόλεων, καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν· ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα.

Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιππον εὐτυχοῦντα ὁρῶν, ταύτῃ φοβερὸν προσπολεμῆσαι νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνθρώπου λογισμῷ χρῆ-

---

l. 1. **τὸν δημόσιον**, *servum publicum.* Servi civitatis dicebantur οἱ δημόσιοι.

servum publicum, et homines istius generis, ridiculorum imitatores, et opifices turpium cantilenarum, quas in sodales conficiunt ut rideatur, hos amat ac secum habet.

τοὺς μὲν ἀργεῖν, καὶ σχολάζειν, καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι. Ταῦτα γὰρ νυνὶ γίνεται. Καὶ οὐχὶ μέμφομαι τὸν ποιοῦντά τι τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀξιῶ πράττειν ταῦτα ἐφ' οἷς ἑτέρους τιμᾶτε, καὶ μὴ παραχωρεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον.

Σχεδὸν εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δὲ ἕλοισθε ὅ, τι καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασιν ὑμῖν συνοίσειν μέλλει.

---

l. 8. Addidi καὶ καλῶν, quod addunt libri ferè omnes quos inspexi, tùm manuscripti, tùm impressi: indè mihi phrasis

Digitized by Google

debentur; neque vosmetipsos jussi desidere, otiari, dubitare, sciscitari duntaxat utrùm hujus vel illius peregrini milites vicerint. Hæc enim nunc fiunt. Neque eos reprehendo qui pro vobismetipsis eorum agunt aliquid quæ expediunt; sed velim vosmetipsos ea exequi propter quæ alios honoratis, neque cedere statione virtutis, Athenienses, quam vobis majores magnis periculis partam reliquerunt.

Ferè dixi quæ egomet conducere arbitror: vos autem ea amplectimini quæ et reipublicæ et vobis omnibus sunt profutura.

---

videtur plenior et rotundior quàm in vulgatâ. Ad καλῶν cod. N addit καὶ μεγάλων.

ANALYSIS

PHILIPPICÆ PRIMÆ.

Propositum.

Philippus partim dissimulando et cedendo, partim acriter agendo et vincendo, suam valdè auxerat potentiam; multis civitati Atheniensium ereptis oppidis, tàm illorum vires debilitaverat quàm suas ipsius confirmaverat. Athenienses igitur magno timore perculsi et ad quamdam versi desperationem, regem Macedoniæ invictum existimabant eumque aggredi cunctabantur. Animos suorum languentes et abjectos erigere et incendere hàc oratione suscipit Demosthenes annos circiter triginta natus.

Breve exordium.

Excusat se orator quòd primus surrexerit ad dicendum, quamvis admodùm adolescens. Hujus rei causas affert, nempè quòd nihil novi ad deliberandum proponatur, et quòd ii qui priùs dixerunt non optima invenerint, siquidem nova instituitur deliberatio.

Divisio.

In tres partes dividi potest hæc oratio: in primâ parte ostenditur Atheniensibus non esse desperandum; in secundâ explicantur belli gerendi rationes et adjumenta; in tertiâ varia adhibentur momenta quibus audientium animi ad bellum gnaviter gerendum incitentur.

Prima pars.

Non est desperandum Atheniensibus; quod probat Demosthenes.

Digitized by Google

1°. Ipsâ Atheniensium socordiâ in rebus gerendis; tunc enim desperarent meritò, si omni adhibito conatu rem gessissent infeliciter.

2°. Exemplo Lacedæmoniorum, quibus potentissimis restiterunt Athenienses quia fortiter se gesserunt; at nunc non resistunt Philippo quia ignavè se gerunt.

3°. Ipsius Philippi exemplo, qui, quum infirmus esset et ipsi bellandum esset cum civitate potentissimâ, non desperavit, imò confidit, et quia fuit confidens, ipse evasit potentissimus.

4°. Odio et invidiâ quæ Philippus in se concitavit, et quibus commodè utentur Athenienses si acri fuerint ingenio, si eorum unusquisque pro suâ virili parte in patriam operam omnem impenderit: sentient non illi res esse ratas et immortales, sed vires illius posse debellari, sed illius proterviam posse contundi.

5°. Denique eò quòd ille per ignaviam Atheniensium potiùs quàm per suum ipsius robur eò potentiæ et superbiæ devenerit. Hinc vehementissima ad Athenienses adhortatio ut istam tandem exuant socordiam tàm hosti utilem quàm ipsis detrimentosam.

6°. Concluditur prima pars transitu et præmunitione ad secundam partem. Præmonet Demosthenes non eis assentiendum esse qui apparatum celeriter confectum quàm stabilem ac diuturnum malunt.

Secunda pars.

Rationes et adjumenta belli gerendi.

1°. Certus triremium et navigiorum numerus instruendus: causa adjicitur.

2°. Copiæ quoque certo numero semper debent esse expeditæ, neque ex peregrinis duntaxat militibus, sed ex Atheniensibus etiam conscriptæ. Hujus quoque rei causa affertur.

Digitized by Google

Oportet ut strategi, taxiarchi, phylarchi, hipparchi, per se ipsi militent, neque honore illo utantur tantùm ad pompam et dignitatem in urbe umbratilem; quod eleganti comparatione illustrat orator.

3°. Exponit idem quantâ pecuniâ opus sit et undè hæc petenda. Hunc articulum absolvit curando ut recitetur ratio quædam pecuniaria.

4°. Concludit hanc secundam partem ostendendo quæ indè utilitates sint percipiendæ; scilicet paratæ aderunt copiæ et naves quæ opportunitates locorum ac temporum sectentur, quæ prohibeant ne Philippus spoliet socios Atheniensium, ipsosque Athenienses captivos abducat.

Tertia pars.

Varia momenta quibus audientium animi ad bellum gnaviter gerendum incitentur.

1°. Demosthenes instituit comparationem inter festa et ludos ac bellum, ut pateat quo studio, ordine, et certo temporis puncto illa administrentur, dùm nulla suppetit belli gerendi diligentia, nullus ordo, nullum tempus servatum, ac proindè omnes amittuntur occasiones. Hinc Macedoniæ rex civitatem eò usque contemnit, ut superbas omninò ad illam scribat epistolas, quas recitandas publicè curat orator.

2°. Suis civibus incutit pudorem tùm per hasce epistolas, tùm conferendo horum socordiam cum rudium athletarum imperitiâ. Hunc locum lepidè simul et graviter tractat.

3°. Dicit deorum curâ et consilio factum ut nova semper in dies incœpta designet Philippus, quò nimirùm Athenienses è turpi tandem veterno emergant.

4°. Civium segnitiem, sociorum metum, hostium despicationem, ducum ignaviam, itâ vividis exhibet coloribus, ut pudefacti Athenienses rectiùs agere incipiant.

5°. Eorum stultitiam deridet qui rumores incertos captant

et expiscantur de Philippo, quem certum est prava moliri consilia adversùs rempublicam atheniensem.

Brevis peroratio.

Amorem in patriam et publicæ rei studium profitetur, quo uno se ad dicendam sententiam impulsum fuisse prædicat.

Hæc oratio dicta est anno primo olympiadis CVII, sub archonte Aristodemo.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Φίλιππον οἱ Ἀθηναῖοι φερόμενοι, συνεληλύθασιν εἰς ἐκκλησίαν ἀθυμοῦντες. Ὁ τοίνυν ῥήτωρ τήν τε ἀθυμίαν πειρᾶται παύειν, λέγων, οὐδὲν εἶναι θαυμαστὸν εἰ ῥαθυμοῦντες κεκράτηνται, καὶ εἰσηγεῖται πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν. Κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι, μίαν μὲν μείζω πολιτικὴν, ἥτις οἴκοι μένουσα, πρὸς τὰς ἐπικαίρους χρείας ἕτοιμος ὑπάρξει, ἑτέραν δὲ ἐλάττονα, ξένων ὄντων τῶν στρατευομένων, παραμεμιγμένων δέ. Καὶ κελεύει ταύτην τὴν δύναμιν μὴ Ἀθήνησι μένειν, μηδὲ ἐκ τῆς πόλεως ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀναστρέφεσθαι, πολεμοῦσαν ἀδιαλείπτως· ἵνα μὴ τοὺς ἐτησίας πνέοντας ἐπιτηρήσας ὁ Φίλιππος, ἢ καὶ τὸν χειμῶνα, ἡνίκα Ἀθήνηθεν εἰς Μακεδονίαν πλεῖν οὐ δυνατὸν, ἐπιχειρῇ τοῖς πράγμασι, καὶ παρὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν τῶν Ἀθηναίων, ἁπάντων κρατῇ· ἀλλ᾽ἐγγὺς ἡ πρὸς αὐτὸν ἀντιταξομένη δύναμις ὑπάρχῃ.

---

l. 5. vulg. κελεύει δὲ: legi δὴ cum codd. K, L, Q, Y, Dd, Ee, Kk, Fel. et ed. Par.

l. 7. accepi πρὸς τὰς ἐπικαίρους ex codd. M, Q, Dd et Ee, quum vulg. habeat πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων. Cod. L πρὸς τὰς ἐπικαίρων, cod. K πρὸς τὰς κατὰ καίρον.

l. 9. adjeci ταύτην cum Reiskio.

LIBANII

ARGUMENTUM

PRIMÆ IN PHILIPPUM ORATIONIS.

Quum Athenienses bellum infeliciter adversùs Philippum gererent, in concionem convenerunt desperabundi. Orator itaque et erigere abjectos animos conatur, dùm dicit nihil esse mirum si in tantâ socordiâ victi sint, et quâ ratione bellum rectissimè administrent docet. Jubet autem geminas copias comparari, alteras majores urbanas, quæ domi maneant, paratæ in omnem eventum; alteras minores, quæ constent peregrinis militibus et civibus permixtis. Eum jubet exercitum non Athenis manere, neque ex urbe ferre auxilium, sed versari circà Macedoniam, belligerantem continenter; ne Philippus flatu etesiarum observato, aut etiam hyeme, quum Athenis in Macedoniam non possit navigari, rem aggrediatur, et per absentiam Atheniensium omnia obtineat, sed exercitus propè sit adversùs eum certaturus.

---

l. 11. reposui ἐτησίας pro quo Volfius de suo dederat ἐτησίᾳ. Plerique libri dant ἐτησίας, aliqui ἐτησίους, aliqui ἐτησίως.

l. 13 et 14. ἐπιχειρῇ et κρατῇ, cod. Ee ἐπιχειρήσῃ et κρατήσῃ.

l. 15. post δύναμις in vulg. repetitur πρὸς αὐτὸν, delevi has voces quas omittunt codd. K, L, U et Y.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ,

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προυτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν ἐιωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μὴ, τότ᾽ ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν· ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα αὐτοὶ συνεβούλευον, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.

Πρῶτον μὲν οὖν, οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ᾽ εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ. Ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλ-

l. 10. retinui αὐτοὶ quamvis permulti codd. legant οὗτοι. Deinde pro συνεβούλευον nonnulli codd. legunt συνεβούλευσαν.

ORATIO PRIMA
CONTRA PHILIPPUM.

Breve exordium.

Si quid novi negotii in deliberationem vocaretur, Athenienses, tamdiù continuissem ipse me tacitus, donec plerique eorum qui solent apud vos concionari, suam sententiam aperuissent; ac si quid ab iis dictum mihi placuisset, quievissem; sin minùs, tùm et ipse mentem meam studuissem explicare: posteaquam verò ità res tulit ut de quibus isti sæpè priùs dixerunt, de his nunc etiam sit deliberandum, arbitror me, tametsi primus surrexerim, jure tamen veniam à vobis impetraturum. Nam si superiore tempore opportunè ipsi consuluissent, nihil vos nunc necesse esset deliberare.

Prima pars orationis.

1°. Primùm igitur illud statuo, Athenienses, non esse nobis desperandum de rebus præsentibus, quamvis hæ pessimo positæ loco videantur. Quod enim in eis hactenùs maximè infaus-

λοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; ὅτι οὐδὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει· ἐπείτοι γε, εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων, οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι.

Ἔπειτα ἐνθυμητέον, καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι, καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις, ἡλίκην πότ' ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων, ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς, ὡς καλῶς καὶ προσηκόντως οὐδὲν ἀνάξιον ὑμεῖς ἐπράξατε τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον. Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστι φοβερὸν, οὔτ', ἂν ὀλιγωρῆτε, τοιοῦτον οἷον ἂν ὑμεῖς βούλεσθε· παραδείγμασι χρώμενοι, τῇ τε τότε ῥώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, ἧς ἐκρατεῖτε ἐκ τοῦ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου, δι' ἣν ταραττόμεθα ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν ὧν ἐχρῆν.

Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσπολέ-

---

l. 15 et 16. τοιοῦτον pro τοιοῦτο, ad quod subaudiendum ἐστὶ quod præcessit. Mox post τῇ addidi juxtà Reiskii mentem τε, quod mihi visum fuit excidisse, et esse necessarium si non ad sensum, at saltem ad conficiendam phrasim Demosthenicam.

l. 18. τούτου, istius, i. e. Philippi. Οὗτος græco sermone,

tum accidit, hoc ipsum est peropportunum ad spem fortunæ melioris. Quid ità porrò? nempè quia ob vestram in gerendis negotiis socordiam in hunc statum res adductæ sunt. Si enim illæ ità se haberent vobis omnia quæ conveniunt agentibus, ne spes quidem ulla esset eas fore meliores.

2°. Deindè recordamini, quique ab aliis audivistis, quique vidistis ipsi, et animis reputate, quò provectâ non ità pridem Lacedæmoniorum potentiâ, quàm præclarè et convenienter nihil à civitatis vestræ dignitate alienum admiseritis, sed pro juris defensione bellum contrà illos sustinueritis. At quorsùm ista commemoro? ut intelligatis, Athenienses, planéque perspiciatis, nihil vobis neque cautionem adhibentibus esse pertimescendum, neque omnia negligentibus ex animi vestri sententiâ successurum. Quod quidem utroque hoc exemplo declaratur: hinc potentiâ Lacedæmoniorum, quam vestrâ vigilantiâ superavistis; illinc insolentiâ Philippi, propter quam nunc perturbamur, eò quòd nihil eorum quæ curanda erant curavimus.

3°. Quòd si quis vestrûm, Athenienses, dif-

sicut *iste* latino, vulgò dicitur de eo quem petimus, contrà quem loquimur.

μητον οἴεται τὸν Φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τό, τε πλῆθος τῆς νῦν ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως, καὶ τὸ τὰ χωρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει, ὀρθῶς μὲν οἴεται· λογισάσθω μέντοι τοῦτο, ὅτι εἴχομέν ποτε ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ Μεθώνην, καὶ πάντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκεῖον κύκλῳ, καὶ πολλὰ τῶν μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν, αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχεν, καὶ μᾶλλον ὑμῖν ἐβούλετ' ἔχειν οἰκείως ἢ ἐκείνῳ. Ἐι τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν Ἀθηναίοις, ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας, ἔρημον ὄντα συμμάχων, οὐδὲν ἂν ὧν νυνὶ πεποίηκεν ἔπραξεν, οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατ' ἂν δύναμιν. Ἀλλ' οἶδεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία, ἆθλα τοῦ πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ· φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. Καὶ γάρ τοι, ταύτῃ χρησάμενος τῇ γνώμῃ, πάντα κατέστραπται καὶ ἔχει, τὰ μὲν ὡς ἂν ἑλών τις ἔχοι πολέμῳ, τὰ δὲ σύμμαχα καὶ φίλα ποιησάμενος. Καὶ γὰρ συμμαχεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες, οὓς ἂν ὁρῶσι παρεσκευασμένους, καὶ πράττειν ἐθέλοντας ἃ χρή.

l. 12 et 13. ed. Par. et nonnulli codd. habent ἔρημος ὤν.

l. 14. pro ἐκτήσατο in vulgatâ legi ἐκτήσατ' ἂν quod dant

ficilem de Philippo victoriam idcircò fore existimat, quòd et ipse abundet copiis, et civitati nostræ erepta fuerint omnia oppida, rectè ille quidem existimat; verùm tamen illud cogitet nos aliquandò, Athenienses, Pydnam, Potidæam, Methonemque tenuisse, et omnem circà regionem habuisse quasi domesticam; ac multas ex gentibus nunc ipsi subjectis, sui juris fuisse et liberas, et nobis uti amicis quàm illo maluisse. Porrò si Philippus tunc eum habuisset animum, sibi difficillimum esse sociis destituto, bellare contrà Athenienses, qui tot quasi arces haberent ad ditionem ipsius oppugnandam, nihil eorum egisset quæ nunc fecit, neque tantam potentiam comparasset. Sed illud, Athenienses, is præclarè nòrat omnia hæc oppida belli esse præmia, in medio posita, atque ità esse à naturà comparatum, ut præsentes absentium, laboris periculique appetentes inertium bonis potiantur. Id proindè quum ille haberet persuasum, omnia subjecit ac tenet, alia vi et armis parta, alia pactionibus fœderum et societate. Nam illis adjungere se et adhærere volunt omnes quos paratos videant et ad ea gerenda quæ opus sunt expeditos.

codd. L, M, N, Dd, Ee, Qq.

Ἂν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσητε γενέσθαι γνώμης νῦν, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, καὶ ἕκαστος ὑμῶν, οὗ δεῖ, καὶ δύναιτ' ἂν παρασχεῖν αὑτὸν χρήσιμον τῇ πόλει, πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν, ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ, ὁ μὲν χρήματα ἔχων, εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ, στρατεύεσθαι, συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι, καὶ παύσησθε, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν· καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς θέλῃ, καὶ τὰ κατεῤῥαθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε, κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε. Μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετ' ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα· ἀλλὰ μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ, καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ· καὶ ἅπανθ', ὅσαπερ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἔνι, ταῦτα κἀν τοῖς μετ' ἐκείνου χρὴ νομίζειν ἐνεῖναι. Κατέπτηχε μέντοι ταῦτα πάντα νῦν, οὐκ ἔχοντα ἀποστροφὴν, διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥαθυμίαν, ἣν ἀποθέσθαι φημὶ δεῖν ἤδη. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμα, οἷ προελήλυθεν ἀσελγείας ἄνθρωπος· ὃς οὐδ' αἵρεσιν ὑμῖν δίδωσι τοῦ πράτ-

l. 18. κἀν resolve in καὶ ἐν.

l. 19 et 20. ἀποστροφὴν, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ κα-

Digitized by Google

4°. Quare si et vos, Athenienses, eodem velitis esse animo nunc, quandò priùs non fuistis; si unusquisque vestrûm, quoad et ipsa res feret, et ipse poterit reipublicæ se præbere utilem, omni abjectâ dissimulatione, ad opus se accingat, aut dives tributo conferendo, aut juvenis militando; verbo dicam, si negotium ipsi per vos vestrum agere statueritis, et desieritis ipsi facere nihil, dùm speratis alium pro vobis facturum esse omnia: brevi fiet ut vestra recuperetis, deo adjuvante, et amissa per socordiam denuò recipiatis, et illum ulciscamini. Nolite enim arbitrari res Philippo secundas, tanquam numini cuipiam, ratas esse et immortales. Verùm est, Athenienses, est qui eum oderit, est qui metuat, est qui invideat, vel inter eos ipsos qui videntur esse illi addictissimi. Nam quæ ceteris insunt hominibus cupiditates, easdem iis inesse qui illius fortunam sequuntur, meritò existimaverimus. Quæ tamen nunc omnes repressæ contrahuntur, quum nullum habeant refugium propter vestram tarditatem et negligentiam, quas aio jam esse deponendas. Rem enim considerate, Athenienses, quò proterviæ homo provectus sit, qui neque

---

ταφυγὴν, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς.

τειν, ἢ ἄγειν ἡσυχίαν, ἀλλ' ἀπειλεῖ, καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει, καὶ οὐχ οἷός τέ ἐστιν ἔχων ἃ κατέστραπται, μένειν ἐπὶ τούτων, ἀλλ' αἰεί τι προσπεριβάλλεται κύκλῳ, καὶ πανταχῇ μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται.

Πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε; ἐπειδὰν τι γένηται; ἐπειδὰν, νὴ Δία, ἀνάγκη τίς ᾖ; Νῦν δὲ τί χρὴ τὰ γιγνόμενα ἡγεῖσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τοῖς ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων αἰσχύνην εἶναι. Ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες ἀλλήλων πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, Λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν; Τέθνηκε Φίλιππος; οὐ, μὰ Δι', ἀλλ' ἀσθενεῖ. Τί δ' ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν. Οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὐτοῦ

---

l. 4. vulg. προσπεριβάλλεται καὶ κύκλῳ. . . . legi aliter juxtà codd. L, M, N, Q, R, Dd, Kk, Qq.

l. 5. περιστοιχίζεται, *indagine cingit*, juxtà Harpocrationem est metaphora ducta à venatoribus. Juxtà eumdem in quibusdam codd. legebatur περιστοιχίζεται, in aliis περισχοινίζεται.

l. 11. vulg. αὐτῶν. Conjeceram primò legendum αὑτῶν cum spiritu aspero: αὑτῶν πυνθάνεσθαι, *ex vobismetipsis percontari*, quasi legeretur, ὑμῶν αὐτῶν. Sed non dubitavi accipere ἀλλή-

vobis agendi dat optionem, neque verò quiescendi; sed intentat minas, et verba, ut aiunt, superba jactat; tantùmque abest ut iis quæ bello cepit sit contentus, ut aliud ex alio molitus semper, cessantes vos ac sedentes undique in gyrum velut indagine circumveniat.

5°. Ecquando igitur, Athenienses, ea quæ sunt agenda facietis? ubi aliquid acciderit? ubi ne, per Jovem, fuerit aliqua necessitas? quid verò de iis quæ nunc fiunt censendum? Equidem arbitror liberis hominibus maximam esse necessitatem, infamiam ex re malè gestâ collectam. Num vultis, quæso, spatiantes per forum percontari alterum ab altero, Quid affertur novi? quasi verò quidquam magis novum fieri possit quàm vir Macedo qui subigit Athenienses et Græciam administrat? Obiit ne Philippus? Non sanè, sed ægrotat modò. At quid vestrâ interest? Cui si quid humanitùs contigerit, vos alium Philippum brevi feceritis, si pergitis publicæ rei ità segniter mentem adhibere. Neque enim

λων ex Longino, qui hunc ipsum locum citat, sect. XVIII, cum nonnullis aliis non maximi momenti varietatibus. Ceterùm nemo nescit dici vulgò πυνθάνεσθαι τίνος, *ex aliquo sciscitari.* Cod. Ee et Fel. dant αὐτῶν.

ρώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν. Καίτοι καὶ τοῦτο, εἴ τι πάθοι, καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ αἰεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα (καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο!) ἴσθ᾽ὅτι πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστάντες, ὅπως βούλεσθε διοικήσαισθε. Ὡς δὲ νῦν ἔχετε, οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν, δέξασθαι δύναισθ᾽ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις.

Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμως, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων, παύομαι λέγων· τὸν δὲ τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἣν ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον, καὶ πόρους οὕστινας χρημάτων, καὶ τἄλλα ὥς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκῇ παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν· δεηθεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες

---

l. 2 et seq. vulg. habet καίτοι καὶ τοῦτο εἴ τι πάθοι, καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξοι, ἥπερ αἰεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, ἴσθ᾽ὅτι: quod emendavi aliter pungendo, et mutando ὑπάρξοι in ὑπάρξαι, quod habent nonnulli codd., et quod est tertia persona optativi aoristi primi. Plerique libri manuscripti et impressi legunt ὑπάρξει: cod. R. dat ὑπάρξῃ, quod admisit Reiskius. Καίτοι καὶ τοῦτο accipio quasi sensum aliquem efficiens, *et tamen sic se res habet.* Ἥπερ αἰεὶ βέλτιον, sub. ἐπιμελεῖται ἡμῶν. Ad verbum interpretor καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, *et utinam rem absolveret*

ille tantùm suis viribus quantùm socordiâ vestra crevit. Quanquam et illud intelligo, si quid ipsi accideret, ac nobis adesset fortuna, quæ multò meliùs nostris rebus quàm nos ipsi consulit (quæ utinam rem incœptam perageret!) sciatis vos, si propè essetis, et rerum perturbationi ingrueretis, à vobis eas vestro arbitratu posse administrari. Ut verò nunc estis, nec si vobis tempora darent Amphipolim, possetis accipere, et apparatibus et animis suspensi ac fluctuantes.

6°. Quòd igitur ad ea quæ conveniunt gerenda vos promptos paratosque esse deceat, ut vobis jam planè persuasis convictisque, non ampliùs disseram: de ratione autem eorum omnium comparandorum, quibus vos ex his incommodis liberatum iri arbitror, quanta esse debeat copiarum multitudo, et quæ pecuniæ subsidia, ac cetera quemadmodum celerrimè et optimè procurari queant, id verò dicere conabor: id

---

i: e. utinam vitam Philippo eriperet! Vulgata, i. e. Volfius, Ald. et Fel. legunt καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, nescio undè acceptum quum libri omnes habeant καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο. Retinui γὰρ quia τοῦτο proximè præcessit.

l. 11. vulg. ἑτοίμους: prætuli cum Reiskio ἑτοίμως quod dant multi codices.

Ἀθηναῖοι, τοσοῦτον, ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, καὶ μὴ πρότερον προλαμβάνετε, μηδ' ἂν ἐξ ἀρχῆς δοκῶ τινι καινὴν παρασκευὴν λέγειν, ἀναβάλλεσθαί με τὰ πράγματα ἡγεῖσθε. Οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες, μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν (οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενημένα, τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλῦσαι δυνηθείημεν)· ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ, καὶ πόση, καὶ πόθεν, διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον, ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν. Οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πάσχοιμεν ἂν κακῶς. Οἶμαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι. Ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη· τὸ δὲ πρᾶγμα ἤδη τὸν ἔλεγχον δώσει· κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε.

Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριήρεις πεντήκοντα παρασκευάσασθαί φημι δεῖν, εἶτ' αὐτοὺς οὕτω τὰς γνώμας ἔχειν, ὡς, ἐάν τι δέῃ, πλευστέον εἰς ταύτας αὐτοῖς ἐμβᾶσι. Πρὸς δὲ τούτοις, τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων, ἱππαγωγοὺς τριήρεις καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. Ταῦτα μὲν οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας, εἰς Πύλας, καὶ Χερ-

---

l. 4 et 5. ταχὺ et τήμερον accipe tanquam substantivos, qui jugiter vobis hæc verba occinunt, *citò, hodie.*

vos obtestatus, ut tùm judicetis postquam audieritis omnia, neque antevertatis, neque, si quid novi apparatûs indicare videar, ideò me quispiam res in longum velle ducere existimet. Non enim qui citò, qui hodie rem conficiendam clamitant, ii opportunissimè loquuntur, siquidem iis quæ nunc adsunt præsidiis res jam amissas recuperare non possimus; sed qui ostenderit quis belli apparatus, et quantus, et undè quæsitus, tamdiu possit permanere, donec aut bellum æquà pace finierimus, aut hostes debellaverimus. Sic enim deinceps nullis malis conflictabimur. Hæc autem ità dicere constitui, ut per me liceat cuilibet quodcumque velit in medium proferre. Equidem magna polliceor; quàm verè ipsa res indicabit: vos judices eritis.

Secunda pars.

1°. Primùm igitur, Athenienses, quinquaginta triremes instruendas censeo; deindè vos ità comparatos esse oportere, ut, iis conscensis, ipsimet, si sit opus, navigetis. Ad hæc, dimidiæ parti equitum idoneas ad illos deportandos triremes, et opportunam navigiorum copiam confici jubeo, eaque habenda esse in promptu ad repentinas ejus è patrio regno irruptiones in

ῥόνησον, καὶ Ὄλυνθον, καὶ ὅποι βούλεται. Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ὡς ὑμεῖς ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν, καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον, καὶ τὰ τελευταῖα πρωὴν εἰς Πύλας, ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε. Οὔ τοι παντελῶς, οὐδ᾽ εἰ μὴ ποιήσαιτ᾽ ἂν τοῦτο ὡς ἔγω γέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστι· ἵν᾽ ἢ διὰ τὸν φόβον, εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς (εἴσεται γὰρ ἀκριβῶς· εἰσὶ γάρ, εἰσιν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ πάρ᾽ ὑμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος), ἡσυχίαν ἔχῃ, ἢ παριδὼν ταῦτα, ἀφύλακτος ληφθῇ, μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν, ἂν ἐνδῷ καιρός.

Ταῦτα μέν ἐστιν ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν, καὶ παρασκευάσασθαι προσήκειν οἶμαι. Πρὸς δὲ τούτοις, δυναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει, καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει. Μή μοι μυρίους, μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύ-

---

l. 2. vulg. ἐκπαραστῆναι: legi παραστῆναι simplex, codicibus multis et Fel. ità legentibus.

l. 3. ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν.... subaudi ὑμᾶς ὁρμῆσαι.

l. 5. pro οὔτι in vulg. dedi οὔ τοι, quam lectionem multi codd. confirmant.

l. 7. εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, subaudi ὃ ποιήσετε, vel resume τοῦτο quod est post ἂν, et quod aliqui velint post παντελῶς collocari.

Pylas, Chersonesum, Olynthum, et aliò quolibet, coercendas. Id enim faciendum est ut ille sibi persuadeat, vos ex hoc immani veterno excitatos, ut non ità pridem in Eubœam, et aliàs anteà in Haliartum, atque adeò nuper in Pylas, impetum esse facturos. Non tamen, etiamsi non feceritis ut ego faciendum esse dico, fuerit hoc contemnendum; ut vel metu, si resciverit paratos esse vos (certò enim sciet; sunt enim, sunt apud vosmetipsos qui de cunctis rebus eum certiorem faciant, plures quàm expedit), otium agat; vel, his despectis, incautus opprimatur, obstante nemine quominùs in ejus regionem, si tulerit occasio, vela faciatis.

2°. Hæc quidem sunt quæ probari à vobis et parari convenire arbitror. Præterea copias aliquas, ò Athenienses, in procinctu habendas censeo, quæ belligerent assiduè, et illum infestent. Nemo mihi dicat decies mille, neque vicies mille peregrinorum, neque exercitum per litteras accersitum. Hunc volo qui constet civibus; qui,

---

l. 14. δεδόχθαι, præteritum pro præsenti, ut in græco sermone sæpiùs usurpatur.

l. 18 et seq. explica supplendo, juxtà Volfium, μή μοι μυρίους . . . δυνάμεις λεγέτω τὶς, ἀλλὰ ταύτην δύναμιν ἐθέλω ἣ τῆς. Ceterùm per τὰς ἐπιστολιμαίους δυνάμεις, intellige copias quas mox affore spes erat litteris à civitate scriptis, et quæ tamen non aderant.

τας δυνάμεις, ἀλλ' ἡ τῆς πόλεως ἔσται. Κἂν ὑμεῖς ἕνα, κἂν πλείους, κἂν τὸν δεῖνα, κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγὸν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει. Καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω.

Ἔσται δ' αὕτη τίς ἡ δύναμις, καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσει ποιεῖν, ἐγὼ φράσω, καθ' ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωρίς.

Ξένους μὲν λέγω, καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε τοῦθ' ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν. Ἅπαντ' ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος, καὶ τὰ μέγιστ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρούμενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε. Ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες, τούτοις προστίθετε ἂν ἐλάττω φαίνηται.

Λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δισχιλίους. Τούτων δὲ, Ἀθηναίους φημὶ δεῖν εἶναι πεντακοσίους, ἐξ ἧς ἄν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους, μὴ μακρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅσον ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις. Τοὺς δ' ἄλλους, ξένους εἶναι κελεύω. Καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους, καὶ τούτων πεντήκοντα Ἀθηναίους τοὐλάχιστον, ὥσπερ τοὺς πεζοὺς τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους· καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις. Εἶεν. Τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχείας τριήρεις δέκα.

---

l. 1. vulg. ἔστω : dedi ἔσται quod dant plures et optimi codd.

sive vos unum, sive plures, sive hunc aut illum, sive quemcumque ducem creaveritis, huic parebit scilicet et hunc sequetur. Atque his copiis commeatum jubeo suppeditari.

Quæ autem erunt hæ copiæ, et quantæ, et undè commeatum habituræ, et quomodo hæc facere voletis, ego dicam, et horum singula seorsim explicabo.

Peregrinos quidem dico, at ne id admiseritis quod sæpè vobis nocuit, dùm omnia minora existimatis quàm oporteat, et maxima aggressi in decretis ne parva quidem exequimini; sed ubi parva feceritis et suppeditaveritis, iis adjicite si minora videbuntur.

Dico igitur universos milites esse oportere bis mille, atque in his Athenienses quingentos, quâcumque eos ætate eligi vobis placuerit, qui stipendia certo temporis intervallo faciant, non diuturno illo quidem, sed quatenùs erit commodum ut alii aliis succedant. Reliquos peregrinos esse jubeo. Cum iis parari velim equites ducentos. Quorum Athenienses ad minimum sint quinquaginta, qui eodem modo quo pedites stipendia mereantur. Addantur his necessariæ naves ad vectandos equos. Sit ità sanè. Quid præterea? Veloces triremes adornentur decem: nam

Digitized by Google

Δεῖ γὰρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικὸν, καὶ ταχειῶν τριηρῶν ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ.

Πόθεν δὴ τούτοις ἡ τροφὴ γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω, ἐπειδὰν διότι τηλικαύτην ἀποχρῆν οἶμαι τὴν δύναμιν, καὶ πολίτας τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω, διδάξω.

Τοσαύτην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ ταῦτα, ὅτι οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν, τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ λῃστεύειν ἀνάγκη, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην. Οὐ τοίνυν, οὐθ' ὑπέρογκον αὐτὴν (οὐ γάρ ἐστι μισθὸς οὐδὲ τροφὴ), οὐδὲ παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. Πολίτας δὲ παρεῖναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο, καὶ Ἰφικράτης, καὶ Χαβρίας, καὶ ἄλλοι τινὲς, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς συστρατεύεσθαι. Καὶ οἶδα ἀκούων ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ' ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι, καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων. Ἐξ οὗ δ' αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς φίλους νικᾷ, καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ' ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέοντος γεγόνασι· καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον, καὶ πανταχοῖ μᾶλ-

l. 4. τηλικαύτην, et l. 7. τοσαύτην, accipe sensu diminutivo, *tantillam.*

l. 23. vulg. πανταχοῦ: prætuli πανταχοῖ acceptum ex cod. K. Dant πανταχῆ M, Z, Ee.

quum classe instructus sit Philippus, opus sunt nobis triremes expeditæ ut exercitus noster tutò naviget.

Undè igitur his copiis commeatus suppeditabitur? Ego et hoc dicam et ostendam, postquam docuero cur sufficere hunc numerum copiarum putem, et cur cives militare jubeam.

Has copias sufficere puto, Athenienses, propterea quòd nobis nunc exercitum parare non licet, qui acie instructâ cum illo confligat; sed prædonum more grassari, et hâc belli gerendi ratione uti primò necesse est. Quare nec immensas eas (nec enim stipendia commeatusque suppetunt) nec prorsùs exiguas esse oportet. Cives autem adesse et navigare unà idcircò velim, quòd olim etiam priùs civitatem nostram militem peregrinum Corinthi aluisse audio, cui Polystratus præerat, et Iphicrates, et Chabrias, et alii nonnulli, et vosmetipsos unà militasse; idque rescivi audiendo peregrinos illos vobiscum conjunctos et vos cum illis Lacedæmonios vicisse. Ex quo autem peregrinæ copiæ per se ipsæ pro vobis bella gerunt, amicos debellant ac fœderatos, dùm hostes fiunt potentiores quàm expediat; et quum civitatis nostræ bellum vix attigerint, ad Artabazum aut aliò quopiam navi-

λον οἴχεται πλέοντα· ὁ δὲ στρατηγὸς, ἀκολουθεῖ. Εἰκότως. Οὐ γάρ ἐστιν ἄρχειν, μὴ διδόντα μισθόν.

Τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας, καὶ στρατιώτας οἰκείους ὥσπερ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας. Ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. Ἐι γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, Ἐιρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. Οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ φυλάρχους, ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὗτοι ποιοῦσι; πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν. Ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλινοὺς, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. Οὐ γὰρ ἐχρὴν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν, ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις; ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαον ἱππαρχεῖν; Καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ' ἀφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον ὅστις ἂν ᾖ.

---

l. 23. vulg. ὑφ' ὑμῶν: emendavi ex Reiskii mente ἀφ' ὑμῶν,

Digitized by Google

gant, nostro duce illas consequente. Quid enim agat? Qui militi stipendia non solvit, is illi non potest imperare.

Quid igitur jubeo? et duci et militibus adimi causas omnes, mercede numerandâ, et domestico milite adjungendo qui illorum sit quasi inspector. Nam nunc quidem planè sumus ridiculi. Si quis enim à vobis quærat: Pacem ne agitis, Athenienses? Minimè gentium, dicetis, sed bellum cum Philippo gerimus. Nonne creatis ex vobis decem taxiarchos et strategos, et phylarchos, et hipparchos duo? At quid isti tandem agunt? Præter illum unum quem miseritis belli ducem, reliqui pompas vobis obeunt cum sacrificulis. Ut enim ii qui luteas fingunt imagines, in forum creatis taxiarchos et phylarchos. An verò non oportuit, Athenienses, taxiarchos ex vobis, hipparchos ex vobis, præfectos domesticos in exercitu adesse, ut esset reverà civitatis exercitus? An Hipparchum ex vobis in Lemnum navigare oportet, et Menelaum iis præesse equitibus qui pro civitatis nostræ opibus dimicant? Neque hæc reprehendendi hominis causâ loquor; sed à vobis eum, quisquis esset, creatum esse decuit.

---

ità et emendandum censuit abbas *d'Olivet.*

Digitized by Google

Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα ποθεῖτε ἀκοῦσαι· τοῦτο δὴ καὶ περανῶ. Χρήματα τοίνυν (ἔστι μὲν ἡ τροφὴ, σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις μόνον) τῇ δυνάμει ταύτῃ, τάλαντα ἐννενήκοντα, καὶ μικρόν τι πρός. Δέκα μὲν ναυσὶ ταχείαις, τετταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν εἰς τὴν ναῦν μναῖ, τοῦ μηνὸς ἑκάστου· στρατιώταις δὲ δισχιλίοις, τοσαῦτα ἕτερα, ἵνα δέκα ἕκαστος τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ· τοῖς δ' ἱππεῦσι, διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνὸς, δώδεκα τάλαντα. Εἰ δέ τις οἴεται μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν. Ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προσποριεῖται τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν, οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστ' ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ. Κἀγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς, πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ. Πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω, γενήσεται; τοῦτ' ἤδη λέξω.

---

l. 15. legitur in Volfio εἰ τοῦτο γένηται: prætuli, ut magis græcum, τοῦτ' ἂν γένηται, quod dant plures libri impressi et manuscripti. Pro προσποριεῖ in vulgatâ, dedi προσποριεῖται, *sibi comparabit, sibi subministrabit.* Ità ex meo censebam legendum, quum eam lectionem vidi confirmatam in codd. M, R

Digitized by Google

3°. Atque hæc à me rectè dici fortasse judicatis; sed de re pecuniariâ, quanta sit, undè sit petenda, audire præsertìm cupitis. Id igitur quoque expediam. Summa pecuniæ (ad alendum autem exercitum, de cibariis duntaxat dico militi comparandis) talenta sunt nonaginta aut paulò ampliùs: quadraginta quidem in naves decem celeres, vicenæ minæ in navim singulis mensibus; totidem verò alia duobus millibus militum, ut duas singuli milites drachmas in mensem pro cibariis accipiant: jam equitibus ducentis, si tricenas drachmas in mensem capiant singuli, talenta numero duodecim. Si quis autem putat parvum esse aliquod subsidium, cibaria militantibus data, non rectè sentit. Compertum enim habeo, si hoc factum fuerit, ipsum sibi exercitum, sine ullâ vel Græcorum vel sociorum injuriâ, è bello ità reliqua comparaturum, ut integrum stipendium habeat. Atque ego volens unà navigabo quidvis pati paratus, nisi hæc ità erunt. Undè porrò pecunia quam requiro à vobis, comparabitur? hoc jam dicam.

---

et S. In cod. Q ad προσποριεῖ additur ται ex posteriore manu.

l. 20. ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω, adde vel subaudi ὑπάρχειν.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ. *

Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν. Ἐπειδὰν δ᾽ ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσαντες ποιήσατε, ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας πρὸς ἣν πολεμήσετε ἐνθυμηθείητε, καὶ λογίσαισθε ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων διαπράττεται Φίλιππος, καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα, ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ᾽ ἂν ἡμεῖς μὴ δυνώμεθα ἐκεῖσε ἀφίκεσθαι. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς ταῦτα ἐνθυμουμένους, μὴ βοηθείαις πολεμεῖν (ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων), ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. Ὑπάρχει δ᾽ ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει, Λήμνῳ, καὶ Θάσῳ, καὶ Σκιάθῳ, καὶ ταῖς

---

* Vide ad finem hujus Philippicæ quæ in sequentem orationis partem notavimus.

l. 3. vulg. χειροτονήσατε: correxi ad Reiskii mentem χειροτονήσαντες ποιήσατε. Ed. Par. dat χειροτονήσαντες, nescio undè assumptum. Idem Reiskius exhibet χειροτονήσαντες ut lectionem in editioibus vulgatam, quam mutavit in χειροτονή-

Pecuniaria ratio.

4°. Quæ nos, Athenienses, invenire potuimus, hæc sunt. Postquam autem sententias rogaveritis, ea quæ vobis probata fuerint decernite, ut non decretis tantùm et litteris, sed et ipsis rebus belligeretis cum Philippo.

Mihi autem videmini vos multò meliùs de bello et militaris apparatûs ratione deliberaturi, si regionis, Athenienses, in quam estis deportaturi bellum, naturam et situm cogitabitis, et considerabitis Philippum pleraque perficere, dùm captat ventorum ac tempestatum anni opportunitatem multò antè prospiciens, dùm expectatis etesiis aut hyeme rem aggreditur, quum nos illuc pervenire non possumus. Hæc itaque reputantes non convenit vos collectis raptìm auxiliis bellare, sic enim omnia tempora omitteremus; sed paratas semper in omnem eventum habere copias, quarum hyberna statio erit Lemnus, Thasus, Sciathus, aliæque in eâdem orâ in-

---

σατε ex consensu codicum, sed non indicat ubi invenerit χειροτονήσαντες.

l. 16. χειμαδίῳ, *hyberno*, *hybernali*, est in ablativo et regitur à χρῆσθαι : sumi debet adjectivè, et jungi cum voce Λήμνῳ et sequentibus. Τῇ δυνάμει est in dativo.

ἄλλαις ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες, καὶ σῖτος, καὶ ἃ χρὴ στρατεύμασι πάνθ' ὑπάρχει. Τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον, καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλὲς, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ, καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι, ῥᾳδίως ἔσται διαγνῶναι. Ἃ μὲν οὖν χρήσεται, καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν, ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν, βουλεύσεται· ἃ δ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν, ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐγὼ γέγραφα. Κἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον ἃ λέγω, εἶτα καὶ τἄλλα πάντα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, παύσεσθ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι, καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦντες.

Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. Ἔστι δ' οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πο-

l. 4 et 5. καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλὲς, explica supplendo, καὶ ὅτε τῶν πνευμάτων ἀσφαλές ἐστι, quæ ultima vox etiam subaudienda est ad ῥᾴδιον quod præcessit.

l. 6. post ῥᾳδίως ἔσται evidenter deest verbum aliquod ad complendam phrasim, ego non dubitavi adjicere ex meo διαγ-

sulæ, portubus, frumento, rebusque omnibus militi necessariis, abundantes. Anni verò tempestatem, quum et appellere ad terram et ventis fidere licebit, juxtà ipsam regionem et ad ipsa portuum ostia nullo negotio cognoscetur. Quibus porrò copiis et quàm tempestivè utendum sit, erit illius providere cui summam rerum mandaveritis: quæ autem à vobis præstari debeant, hæc sunt quæ ego scripsi. Quòd si primùm eas quas dico pecunias suppeditaveritis, deindè et cetera omnia comparaveritis, milites, triremes, equites, omnesque copias lege obstrinxeritis ut in militià maneant, ipsique vos pecuniæ facti quæstores et præbitores, rerum gestarum rationem, ab imperatore vestro requiretis; desinetis tandem de iisdem semper sine ullo successu deliberare.

Illud etiam accedet, Athenienses, quòd hostem maximà suorum proventuum parte spoliabitis. Ii verò qui sunt? Nimirùm ille vos oppugnat

νῶναι, *facilè licebit dignoscere.*

l. 8. vulg. τοῦτον : dedi τούτων, ità ceteris libris legentibus.

l. 10. κᾂν : ceteri libri omnes habent ἂν sine δὲ quod Volfius de suo addidit; ego legi cum Reiskio κᾂν.

l. 13. ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν, *integras omnes copias*, i. e. omnes omninò copias.

λεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. Ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ; τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε· οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον, εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν, αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ᾽ ἄγων· καὶ πρὸς τῷ Γεραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν, ἀμύθητα χρήματα ἐξέλεξε· τὰ τελευταῖα δ᾽ εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη, καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ᾽ ἔχων τριήρη. Ὑμεῖς δὲ οὔτε ταῦτα ἠδύνασθε κωλύειν, οὔτ᾽ εἰς τοὺς χρόνους οὓς ἂν προέλοισθε βοηθεῖν.

Καίτοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ τὴν τῶν Διονυσίων, ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμελησόμενοι (εἰς ἃ τοσαῦτα ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ᾽ εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων· καὶ τοσοῦτον ὄχλον, καὶ τοσαύτην παρασκευὴν, ὅσην οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις τῶν ἁπάντων, ἔχει)· τοὺς δὲ ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασας, τὸν εἰς Ποτίδαιαν; ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα

---

l. 3 et seq. supple ad interpretationem, οὐκ οἰχήσεται ἄγων, οὐδ᾽ ἐκλέξει, ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον ᾤχετ᾽ ἄγων, καὶ ἐξέληξε. Γεραιστῷ: plures libri legunt Γεραστῷ.

l. 16. καὶ τοσοῦτον: post καὶ sub. ἃ.

l. 17 et 18. ad τίς subauditur ἑορτὴ, sicut et ad τῶν ἁπάν-

Digitized by Google

ex opibus sociorum vestrorum, quorum naves hostiliter diripit. Quid præterea? Vos ipsi ab ejusdem incursionibus procul eritis, nec ea fient quæ priùs facta sunt, quum in Lemnum et Imbrum impressione factâ vestros cives captivos abduxit, quum ad Geræstum comprehensis navibus immensam pecuniam coegit, quum postremò in Marathonem exscendens, indè sacram triremem abripuit. Vos autem neque hæc prohibere potuistis, neque in tempore à vobis statuto opitulari.

Tertia pars.

1°. Verùm cur tandem putatis, Athenienses, Panathenæorum et Bacchanalium ferias semper in dicto et suo tempore celebrari, sive peritis harum utrarumque curatio sorte obvenerit, sive imperitis; in quas tantos facitis sumptus, quantos nec in unam classem, in quas tantam adhibetis molem, et tantum apparatum, quantum haud scio an ulla omnium habeat: classes autem omnes vestras occasionibus demùm amissis venire, sive Methonem, sive Pagasas, sive Potidæam mittantur? Scilicet quòd ea quæ ad festo-

---

των subauditur ἑορτῶν.

Digitized by Google

νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ, τίς χορηγὸς, ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε, καὶ παρά του, καὶ τί λαβόντα, τί δεῖ ποιεῖν· οὐδὲν ἀνεξέταστον, οὐδ' ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς τούτου παρασκευῆς, ἄτακτα, ἀόριστα, ἀδιόρθωτα ἅπαντα. Τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι, καὶ τριηράρχους καθίσταμεν, καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα, καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν· καὶ μετὰ ταῦτα, ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε, καὶ τοὺς χώρις οἰκοῦντας, εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν, εἶτ'... ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλετε, προαπόλωλεν ἐφ' ἃ ἂν ἐκπλέωμεν. Τὸν γὰρ τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν. Οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ, οὐ μένουσι τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥαθυμίαν. Ἃς δ' εἰς τὸν μεταξὺ χρόνον δυνάμεις οἰόμεθα ἡμῖν ὑπάρχειν, οὐδὲν οἷαί τε οὖσαι ποιεῖν ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν ἐξελέγχονται· ὁ δ' εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν, ὥς τ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολάς.

---

l. 1. vulg. προεῖδεν: dedi πρόοιδεν, quàm lectionem habent multi et optimi codd.

l. 2. τίς χορηγὸς, subaudi ἔσται. = l. 3. του, hîc pro τινος.

l. 10 et 11. τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας: de horum verborum sensu multa viri docti disputant; ego intelligo de peregrinis extrà urbem et agrum atticum habitantibus. Vide ad hæc ipsa verba Harpocrationem.

Digitized by Google

rum apparatum pertinent, omnia legibus sancita et definita sunt, et unusquisque vestrûm multò ante novit, quis in suà tribu choregus, quis gymnasiarchus futurus sit, quando et à quo et quid accipiendum, quidque faciendum: in illis nihil non exquisitum, nihil non definitum, nihil denique neglectum est. In rebus autem bellicis et bellico apparatu inordinata, incerta, indefinita omnia. Quapropter simulatque audivimus aliquid, et triremium præfectos creamus, iisque damus facultatem oneris istius in alium rejiciendi, et de comparandæ pecuniæ ratione deliberamus; postea placet naves conscendere inquilinos, tùm eos qui in urbe, tùm eos qui extrà urbem habitant; mox decernitur ut cives ipsi navigent; deindè .... interim dùm hæc consuluntur, ea ipsa perierunt propter quæ navigaremus. Nam rei gerendæ tempus consumimus in apparando, at rerum occasiones non expectant nostram tarditatem et socordiam. Quas verò copias ad interjectum tempus nobis suppetere arbitramur, quum ad ipsam rem ventum est, nihil moliri posse deprehenduntur. Ille autem eò venit insolentiæ ut Eubœensibus tales scribat epistolas quales jam recitabuntur.

l. 11. post alterum εἶτ' dedi plura puncta, quia hic est quædam suspensio.

ἘΠΙΣΤΟΛΑΊ. *

Τούτων οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἀνεγνωσμένων, ἀληθῆ μέν ἐστι τὰ πολλὰ, ὡς οὐκ ἔδει· οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἴσως οὐχ ἡδέα ἀκούειν. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ᾽ ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φενακίζειν ἑαυτοὺς, καὶ ἅπαντ᾽ ἀναβαλλομένους ὅσα ἂν ᾖ δυσχερῆ, πάντων ὑστερίζειν τῶν ἔργων, καὶ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι μαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατηγὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους ἡγεῖσθαι χρὴ, ἵν᾽ ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ ταῦτα πράττηται, καὶ μὴ τὰ συμβαίνοντα ἀναγκάζωνται διώκειν. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν, μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς οὐκ ἀπολείπεσθε· ὥσπερ δὲ οἱ

---

* vulg. ἘΠΙΣΤΟΛΉ: correxi ἐπιστολαὶ, et ità dant plures codd.

l. 20. οὐδενὸς οὐκ ἀπολείπεσθε, *nullam rem non seriùs faci-*

Epistolæ.

2°. Ea igitur quæ audivistis, Athenienses, vera pleraque sunt, plus quàm oportebat, at forsan non sunt jucunda auditu. Verùm si quis, dùm res molestas, ne mœrorem afferat, silentio premit, ipsas quoque posset delere, sanè ad gratiam et voluptatem loqui præstaret. Sin orationis jucunditas quæ intempestivè usurpatur, reipsà affert detrimentum, pudeat vos, Athenienses, vosmetipsos decipere, et quæcumque molesta sunt differendo negligere omnes rei gerendæ occasiones, nec id posse intelligere eorum esse qui bellum rectè administrant, non sequi res, sed rebus præire; et quemadmodum usu receptum est ut exercitum ducat imperator, sic et à cordatis viris res esse ducendas, ut ea fiant quæ ipsis visa fuerint, non ut eventum cogantur persequi. Vos autem, Athenienses, qui præsidia habetis omnium maxima, triremes, pedites, equites, pecuniæ reditus, horum omnium nullo ad hanc usque diem opportunè unquam estis usi, nullam rem non seriùs facitis; atque ut

tis. Vulg. habet οὐδενὸς δέ: recidi δὲ, et addidi οὐκ quod mihi necessarium visum fuit ad sensum.

βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. Καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς, ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται· κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τὶς, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες· προβάλλεσθαι δὲ, ἢ βλέπειν ἐναντίον, οὔτε οἶδεν, οὔτ᾽ ἐθέλει. Καὶ ὑμεῖς ἐὰν ἐν Χερσονήσῳ πύθησθε Φίλιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε· ἐὰν ἐν Πύλαις, ἐκεῖσε· ἐὰν ἄλλοθί που, συμπαραθεῖτε ἄνω καὶ κάτω, καὶ στρατηγεῖσθε μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου, βεβούλευσθε δὲ οὐδὲν αὐτοὶ συμφέρον περὶ τοῦ πολέμου, οὐδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων προορᾶτε οὐδὲν, πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον ἢ γιγνόμενόν τι πύθησθε. Ταῦτα δὲ ἴσως πρότερον μὲν ἐνῆν ποιεῖν, νῦν δὲ ἐπ᾽ αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμὴν, ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἐγχωρεῖ.

Δοκεῖ δέ μοι θεῶν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως αἰσχυνόμενος, τὴν φιλοπραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. Ει γὰρ ἔχων ἃ κατέστραπται καὶ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε, καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν αἰσχύνην, καὶ ἀνανδρίαν, καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ. Νῦν δ᾽ ἐπιχειρῶν ἀεί τινι, καὶ τοῦ πλείονος ὀρεγό-

---

l. 9. potest ferri αὐτοῖς quod habet vulgata: sed prætuli cum Reiskio αὐτοὶ, quam lectionem vidi multis codicibus confirmatam.

l. 9 et 10. plerique codd. et Fel. legunt περὶ τῶν πραγμάτων, nonnulli et Ald. περὶ τῶν χρημάτων, pauci admodùm πρὸ τῶν πραγμάτων.

Digitized by Google

pugiles barbari luctantur, ità vos bellum geritis cum Philippo. Si quis enim illorum plectitur, plagæ semper inhæret; quòd si eum alibi percutias, eò manum convertit: at corpus tegere, aut contrà intueri adversarium, neque scit, neque vult. Ità et vos, si auditis Philippum esse in Chersoneso, illuc mittenda auxilia decernitis; si in Pylis, illuc itis; si alibi uspiam, ultrò citróque trepidi cursitatis, et illum ut ducem milites sequimini, neque ullum de bello vobis utile consilium initis, neque priùs quidquam prospicitis, quàm aut factum esse aliquid aut fieri resciscatis. Ista verò factitare olim fortasse licuit, nunc eò discriminis res adductæ sunt ut jam non liceat.

3°. Mihi porrò videtur, Athenienses, superûm aliquis, quem nostræ civitatis pudet ob ea quæ fiunt, hanc Philippo mentem injecisse ut nova in dies incœpta designaret. Nam si contentus iis quæ priùs cepit ac subegit, quiescere vellet nihilque novi agitare, vestrûm quidam ea non ægrè laturi mihi viderentur, quæ reipublicæ dedecus, et ignaviæ crimen, et summa omnia probra attulissent. Nunc quum semper ali-

---

l. 18. ἀποχρῆν, sub. ταῦτα. Ἀποχρῆν pro ἀποχρῆναι.

μενος, ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς, εἴπερ μὴ παντάπασιν ἑαυτῶν ἀπεγνώκατε.

Θαυμάζω δ' ἔγω γε εἰ μηδεὶς ὑμῶν μήτ' ἐνθυμεῖται, μήτε λογίζεται, ὁρῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν αὐτοὺς κακῶς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεται δῆλον, εἰ μή τις αὐτὸν κωλύσει. Εἶτα τοῦτο ἀναμενοῦμεν, καὶ τριήρεις κενάς, καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας ἐὰν ἀποστείλητε, πάντ' ἔχειν οἴεσθε καλῶς; οὐκ ἐμβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν αὐτοί, μέρει γέ τινι στρατιωτῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσούμεθα; Ποῖ δὴ προσορμιούμεθα, ἤρετό τις; Εὑρήσει τὰ σαθρὰ τῶν ἐκείνου πραγμάτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αὐτὸς ὁ πόλεμος, ἂν ἐπιχειρῶμεν. Ἂν μέντοι καθώμεθα οἴκοι, λοιδορουμένων ἀκούοντες καὶ αἰτιωμένων ἀλλήλους τῶν λεγόντων, οὐδέ ποτ' οὐδὲν ἡμῖν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων. Ὅποι μὲν γὰρ ἄν, οἶμαι, μέρος τι τῆς πόλεως

---

l. 4. λογίζεται: multi codd. dant, vel in textu, vel ad marginem, vel inter lineas, ὀργίζεται, quæ lectio non est improbanda.

l. 10. κενάς, Ulpianus explicat supplendo πολιτικῆς δυνάμεως, quas voces addit cod. augustanus tertius, ut Reiskius vocat.

quid aggrediatur, et aliquid novi appetat, forsan iste vos excitabit, nisi de vobis omninò desperastis.

4°. Equidem demiror si nemo vestrûm, Athenienses, neque cogitat neque ratiocinatur, dùm videt de ulciscendo Philippo bellum inchoatum eò tandem desinere ut nihil damni à Philippo capiamus. At perspicuum est eum non quieturum esse nisi quis eum coerceat. Id igitur nos expectabimus, et omnia se præclarè habere putatis, si triremes vacuas et spes à nescio quo datas miseritis? Non naves conscendemus? non ipsi exibimus, cum parte aliquâ domesticorum militum nunc, quandò id priùs non factum est? non in regionem istius navigabimus? At quò appellemus? roget aliquis. Quid in istius fortunis vitiosum sit ipsum bellum aperiet, ô Athenienses, modò rem aggrediamur. Sin domi sedebimus, oratoribusque in se invicem convicia jactantibus et crimina aures præbebimus, omnia nobis pessùm ibunt. Nam, ut ego arbitror, quó-

---

l. 11 et 12. vulg. ἐκβησόμεθα: legi cum Reiskio et multis codd. ἐμβησόμεθα.

l. 15. ἤρετό τις accipe quasi legeretur ἔροιτό τις, quod ultimum proponit Lambinus.

συναποσταλῇ, κἂν μὴ πᾶσα παρῇ· καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς, καὶ τὸ τῆς τύχης ἡμῖν συναγωνίζεται. Ὅποι δ' ἂν στρατηγὸν, καὶ ψήφισμα κενὸν, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας, ἐκπέμψοιτε, οὐδὲν ἡμῖν τῶν δεόντων γίγνεται. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει, τοὺς τοιούτους ἀποστόλους. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ἕνα ἄνδρα ἂν δυνηθῆναί ποτε ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι ἅπανθ' ὅσα βούλεσθε. Ὑποσχέσθαι μέν τοι, καὶ φῆσαι, καὶ τὸν δεῖνα αἰτιάσασθαι καὶ τὸν δεῖνα, ἔστι· τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν. Ὅταν γὰρ ἡττῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖνος ἐκεῖ πράξῃ, πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδε ὦσιν, ὑμεῖς δ' ἐξ ὧν ἂν ἀκούσητε, ὅ, τι ἂν τύχῃ ῥᾳδίως ψηφίζησθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν; Πῶς οὖν ταῦτα παύσεται; ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδείξητε, στρατιώτας, καὶ μάρτυρας τῶν στρατηγουμένων, καὶ δικαστὰς, οἴκαδε ἐλθόντας, τῶν εὐθυνῶν. Οὐ γὰρ μὴ ἀκούειν μόνον ὑμᾶς τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ παρόντας

---

l. 6. τεθνᾶσι τῷ δέει, *moriuntur timore*, i. e. timent non secùs ac mortem: et hæc construuntur cum accusativo.

l. 11. pro ἡττῆται nonnulli codd. emendandum proponunt ἡγῆται.

l. 12. ἀπόμισθοι, inquit Harpocratio, παρὰ Δημοσθένει, ἐν Φιλιππικοῖς καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες.

cumque pars aliqua civitatis naviget, etiamsi tota non adsit, ibi et deorum et fortunæ nobiscum decertabit benevolentia. At quócumque imperatorem unum, et inania decreta, spesque è suggestu sumptas miseritis, nihil à nobis feliciter geritur: sed ut hostes derident istiusmodi expeditiones, ità socii easdem metu emortui exhorrescunt. Non enim potest, non potest fieri ut unus vir unquam vobis ea omnia conficiat quæ cupitis. Polliceri quidem et affirmare, et hunc et illum accusare licet: ex his tamen publicæ res perierunt. Quippė ubi dux infelicis exercitùs mercenariorum victus fuerit, atque hìc extiterint qui de rebus illìc ab eo gestis falsa promptė criminentur, vosque ex auditu quidquid obtigerit temerė decreveritis, quid tandem expectandum est? Quodnam igitur istis malis remedium invenietur? Si nempė vos, Athenienses, eosdem designabitis, et milites, et testes ducis actorum, et ubi domum reversi fuerint, rationum referendarum judices. Neque enim vobis audienda tantùm vestra sunt, sed et coràm

l. 14. vulg. ἐνθένδε: legi ἐνθάδε quod dant universi omninò codices; itaque nescio undè Ald. Fel. et Volſius assumpserint ἐνθένδε.

ὁρᾷν δεῖ. Νῦν δ' εἰς τοῦθ' ἥκει τὰ πράγματα αἰσχύνης, ὥστε τῶν στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδὲ ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι περὶ θανάτου τολμᾷ, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνδραποδιστῶν καὶ λωποδυτῶν θάνατον μᾶλλον αἱροῦνται τοῦ προσήκοντος. Κακούργου μὲν γάρ ἐστι, κριθέντα ἀποθανεῖν· στρατηγοῦ δὲ, μαχόμενον τοῖς πολεμίοις.

Ὑμῶν δὲ οἱ μὲν περιϊόντες μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν Θηβαίων κατάλυσιν, καὶ τὰς πολιτείας διασπᾷν· οἱ δ', ὡς πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα· οἱ δ', ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις τειχίζειν· οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα. Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς, ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ, τήν τ' ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων ὁρῶντα, καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐπηρμένον· οὐ μέντοι γε, μὰ Δία, οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν, ὥστε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι τι μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος· ἀνοητότατοι γάρ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες. Ἀλλ' ἐὰν ἀφέντες ταῦτα, ἐκεῖνο εἰδῶμεν, ὅτι ἐχθρὸς ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς ἀποστερεῖ, καὶ χρόνον πολὺν ὕβρικε, καὶ ἅπαντα ὅσα πώποτε ἠλπίσαμέν τινα πράξειν

---

l. 13. pro ἕκαστος multi codices legunt ἕκαστοι, sed po-

intuenda. Nunc eò flagitii ventum est ut vestrorum ducum quilibet bis terve capitis apud vos causam dicat, dùm nullus eorum vel semel de vitâ dimicare sustinet: quippè maleficos sententiâ judicis, duces ferro hostium, decet occumbere.

5°. Vestrûm autem alii obambulantes dictitant Philippum cum Lacedæmoniis agere de Thebis evertendis, in eoque esse ut respublicas divellat; alii, missos ab isto legatos ad regem Persarum; alii, eum oppida munire in Illyriis; alii denique aliud comminiscentes concursamus. Equidem sic existimo, Athenienses, hominem rerum gestarum magnitudine impotentem et ebrium plurima id genus somnia sibi in animo fingere, ut qui neminem videt à quo prohiberi possit, et ipsis successibus effertur: eum tamen non arbitror itâ se gerere instituisse, ut viri apud nos stolidissimi quid ipse acturus sit exploratum habeant; fabulatoribus enim nihil est stolidius. At si, his omissis, illud planè intellexerimus istum hostem esse, et nostras nobis opes eripere, et jampridem insolenter se gessisse, et quæcumque speravimus aliquem pro

test servari ἕκαστος.

ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν εὕρηνται, καὶ τὰ λοιπὰ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἐστι, κἂν μὴ νῦν ἐθέλωμεν ἐκεῖ πολεμεῖν αὐτῷ, ἐνθάδ' ἴσως ἀναγκασθησόμεθα τοῦτο ποιεῖν· ἂν ταῦτα εἰδῶμεν, καὶ τὰ δέοντα ἐσόμεθα ἐγνωκότες, καὶ λόγων ματαίων ἀπηλλαγμένοι. Οὐ γὰρ ἅττα ποτ' ἔσται δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ὅτι φαῦλα, ἐὰν μὴ προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλητε, εὖ εἰδέναι.

Ἐγὼ μὲν οὖν, οὔτ' ἄλλοτε πώποτε πρὸς χάριν εἱλόμην λέγειν ὅ,τι ἂν μὴ καὶ συνοίσειν ὑμῖν πεπεισμένος ὦ, νῦν τε ἃ γιγνώσκω, πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, πεπαῤῥησίασμαι. Ἐβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὸ τὰ βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι· πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶπον· νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ, συνοίσειν ὑμῖν ἐὰν πράξητε ταῦτα, πεπεῖσθαι, λέγειν αἱροῦμαι. Νικῴη δ' ὅ,τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν.

---

l. 1. καθ' ἡμῶν εὕρηνται, sub. πράξας.

l. 17 et 18. voces ἐπὶ τῷ referuntur ad πεπεῖσθαι.

Digitized by Google

nobis esse acturum, ea esse contrà nos, et cetera à nobismetipsis pendere, et, si nunc cum isto illic belligerare noluerimus, id forsan nobis hic facere necesse fore: si, inquam, hæc optimè intellexerimus, et ea sciemus quæ nos scire par est, et inanibus fabulis liberati fuerimus. Neque enim quæ sunt futura spectandum est; sed omnia futura esse adversa, nisi gerendis rebus intenti fueritis, et ea quæ conveniunt agere volueritis, pro comperto habendum.

Brevis peroratio.

Ego itaque cùm nunquam aliàs ad gratiam dicere institui, quod non vestris commodis congruum esse penitùs cognoscerem; tùm verò nunc ea quæ sentio candidè et apertè, simulque audacter et liberè sum elocutus. Velim autem, ut rectè intelligo è re vestrà esse ut optima audiatis, ità scire me idem optima dicenti profuturum; dixissem enim multò lubentiùs: nunc quanquam incertum est quidnam hinc consecuturus sim, tamen quia persuasum habeo hæc factu vobis utilia fore, hæc loqui aggressus sum. Ea porrò vincat sententia quæ vobis omnibus est maximè profutura.

Digitized by Google

OBSERVATIO CRITICA

IN PHILIPPICAM PRIMAM,

Pag. 128, lin. 1, ἃ μὲν ἡμεῖς.....

Ab istis verbis quæ modò nos indicavimus, sequentem orationis partem nobis exhibet Dionysius Halicarnassæus veluti novam Philippicam sub Themistocle archonte dictam. Sed ceteri interpretes rati haud immeritò hanc esse veram primæ Philippicæ appendicem, hanc ab illà nullatenùs eximi posse arbitrantur. Hic mihi liceat aliqua conjicere de Dionysio Halicarnassæo à quo sciunt, ut in præfatione notavimus, omnes quæ in Philippum dictæ sunt orationes vocari Philippicas. Equidem non possum mihi persuadere criticum illum tanti judicii id habuisse pro oratione quàdam speciali quod est evidenter orationis alterius vera appendix, ut constat ex ipsà lectione horum quæ exhibemus cum ceteris ut partem primæ Philippicæ ultimam. Itaque ego existimârim hic corruptum fuisse Dionysii Halicarnassæi textum, et ab aliquà imperità manu malè emendatum ad nos pervenisse. Plura porrò me inducunt ad ità sentiendum. 1°. Summa peritia et excellens Dionysii Halicarnassæi judicium, qui in tantà rei evidentià ità turpiter errare non potuit. 2°. Textus, ut se habet, evidenter peccat, quod Volfius et alii animadverterunt. Nam ista Philippica his verbis incipiens ἃ μὲν ἡμεῖς exhibetur ut sexta, quæ tamen ex ipsâ rei inspectione, ex ipsà ratione numerorum, debet esse quinta. 3°. Denique, et hoc mihi videtur invictum argumentum, Dionysius Halicarnassæus liquidò dicit sextam, imò quintam Philippicam, haberi de custodià insularium et civitatum in Hellesponto, περὶ τῆς φυλακῆς τῶν

Digitized by Google

νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων: de his autem omninò silet ista Philippica quam textus ait incipere ἃ μὲν ἡμεῖς. Verisimillimum est igitur amissam fuisse aliquam Demosthenis Philippicam de hâc re habitam, quæ Dionysii ætate supererat. Sic ille rhetor mentionem facit alicujus orationis quæ jam non extat, in quâ Demosthenes defendebat se dona non accepisse, videlicet ab Harpalo. Itaque pag. ΣΙV, lin. ultimâ editionis volfianæ 1604, mihi videtur legendum πεμπτὴν pro ἕκτην, et pag. seq. lin. 2, pro ἃ μὲν ἡμεῖς deberet esse initium ejus quæ periit Philippicæ, et quæ habebatur περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων.

Digitized by Google

ANALYSIS

ORATIONIS DE PACE.

Propositum.

Quum vanâ pollicitationum specie Philippus induxisset Athenienses ut secum pacem facerent, statìm Thermopylas occupavit, ac Phocensibus injecit terrorem qui sibi semetipsos dediderunt. Tunc convocato Amphictyonum concilio, eò rem adduxit ut statueretur Phocensium urbes penitùs esse diruendas, ac fore ut ipse in eorum loco postea sederet inter Amphictyonas. Misit Macedonum rex ad Græcorum quorumdam civitates qui concilio non affuerant, præsertímque Atheniensium, ut ipsi ratum haberent quod statutum fuerat. Demosthenes, quamvis pacem non probaret, hâc oratione suadet suis ut petita concedant, ne infestis totius Græciæ armis oppugnentur. Quum autem alicubi orator AEschini exprobraverit, quòd unus faverit Philippo petenti, putat Libanius scriptam fuisse orationem, at non dictam, ne à seipso dissentire videatur Demosthenes. Equidem Libanio non assentior: nam præterquam quòd non apparet cur ille non dicendam scripsisset orationem, non idem est, imò valdè diversum, alicui petenti favere, ac suadere ut non rejiciantur petita, causâ temporis, ne indè majus incommodum exurgat.

Exordium.

Exponit difficultatem nunc suis suadendi, tùm ob rerum præsentem statum, tùm ob habitum animorum. Dicit tamen ea suasurum se per quæ emendentur præsentia et amissa recuperentur.

Confirmatio.

1°. Tres refert occasiones in quibus ex rerum eventu patuit

se optima civitati suasisse, allatâ priùs causâ cur ea præfari statuerit.

2°. Ostendit quam ob rationem sibi ad populum atheniensem dicenti recta et utilia statim occurrant.

3°. Ponit tanquam principium, non rumpendam esse pacem, non quòd præclara sit, sed quòd satius fuerit eam non fieri quàm factam dissolvi.

4°. Per ratiocinia et exempla fusiùs docet Atheniensibus esse præcavendum ne singulæ civitates, contrà suam ipsorum utilitatem, privatis quidem inimicitiis et offensionibus, at communi prætextu, in bellum adversùs ipsos rapiantur, ac proindè universorum Græcorum impetus ipsis sustinendi sint.

5°. Concludit respondendo iis qui negabant belli metu facienda esse ea quæ alii jusserint, et plura commemorando quæ Athenienses concesserint ob pacem vel obtinendam vel servandam.

Hæc oratio dicta est anno tertio olympiadis CVIII, sub Archia archonte.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ΛΟΓΟΥ.

ΜΗΚΥΝΟΜΈΝΟΥ τοῦ πολέμου τοῦ περὶ Ἀμφιπόλεως, εἰρήνης ἐπεθύμησαν ὅ, τε Φίλιππος καὶ οἱ Ἀθηναῖοι· οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ φερόμενοι, ὁ δὲ Φίλιππος, βουλόμενος ἃ ὑπέσχετο Θετταλοῖς τε καὶ Θηβαίοις ἐπιτελέσαι. Ὑπέσχετο δὲ τοῖς μὲν Θηβαίοις, Ὀρχομενὸν παραδώσειν καὶ Κορώνειαν, πόλεις Βοιωτίας, ἀμφοτέροις δὲ, τὸν φωκικὸν καταλύσειν πόλεμον. Τοῦτο δὲ ἦν ἀδύνατον αὐτῷ, πολεμίων ὄντων Ἀθηναίων. Καὶ γὰρ πρότερον βουληθεὶς εἰσβαλεῖν εἰς τὴν Φωκίδα, τῶν Ἀθηναίων περιπλευσάντων ταῖς ναυσὶν εἰς τὰς καλουμένας Πύλας, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ Θερμοπύλας, ἀπεκωλύθη τῆς εἰσόδου. Νῦν τοίνυν εἰρήνην ποιησάμενος πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, μηδενὸς κωλύσαντος, παρελθὼν εἴσω Πυλῶν, τὸ Φωκέων ἔθνος ἀνάστατον πεποίηκε, καὶ τὴν Φωκέων ἐν τοῖς Ἀμφικτύοσι χώραν, καὶ τὰς ἐκείνων ἐν τῷ συνεδρίῳ ψήφους παρὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἴληφε. Πέπομφε δὲ καὶ πρὸς Ἀθηναίους πρέσβεις, ἀξιῶν καὶ αὐτοὺς ταῦτα συγχωρεῖν. Καὶ ὁ Δημοσθένης παραινεῖ συγχωρεῖν, οὐ τῷ πράγματι συνιστάμενος ὡς ὀρθῶς ἔχοντι, οὐδὲ δίκαιον εἶναι λέγων μετέχειν ἑλληνικοῦ συνεδρίου τὸν Μακεδόνα, ἀλλὰ δεδιέναι φάσκων, μὴ καταναγκασθῶσι κοινὸν πόλεμον πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας ἔχειν. Προσκεκρουκέναι γὰρ λέγει

---

l. 4 et 5. ὑπέσχετο : codd. V et X ὑπέθετο.

l. 10. ἀπεκωλύθη : habent ἀπεκρούσθη codd. L, M, Ee in textu, Y et Dd ad marg.

LIBANII

ARGUMENTUM

IN ORATIONEM DE PACE.

Quum bellum amphipolitanum diù durasset, pacem tàm Philippus quàm Athenienses expetiverunt; Athenienses, quòd bellarent infeliciter; Philippus, quòd ea præstare cuperet quæ tùm Thessalis tùm Thebanis promiserat. Promiserat autem Thebanis se Orchomenum et Coroneam, Bœotiæ oppida, eis traditurum, utrisque se bellum phocense confecturum; id quod à se fieri non poterat dùm hostes haberet Athenienses. Nam priùs etiam impressionem facturus in Phocida, Atheniensibus classe circumvectis eas quæ Pylæ vocantur, à nonnullis Thermopylæ, regionis aditu prohibitus fuerat. Nunc cum illis pace factà, obsistente nemine, intrà Pylas progressus, gentem phocensem funditùs everterat, locumque Phocensium inter Amphictyonas, et illorum suffragia in concilio amphictyonico, à reliquis Græcis quum accepisset, misit legatos ad Athenienses, postulans ut et ipsi idem ratum haberent. Itaque Demosthenes monet esse concedendum, non quòd rem ipsam probet, aut justum esse dicat ut vir Macedo græci concilii sit particeps, sed se metuere affirmat ne ipsi cogantur commune bellum adversùs omnes Græcos sustinere: quum enim Athe-

l. 12. κωλύσαντος: codd. L, M, U et E e κωλύοντος.
Ibid. pro τὸ Φωκέων dat τῶν Φωκέων cod. Dd.

τοῖς Ἀθηναίοις ἄλλους δι' ἄλλας τινὰς αἰτίας, τούτους δὲ κοινῇ πολεμήσειν αὐτοῖς. Δώσομεν, φησὶ, κοινὴν αἰτίαν ταύτην καθ' ἡμῶν, ὅτι μόνοι τοῖς τῶν Ἀμφικτυόνων ἐνιστάμεθα δόγμασιν. Ὥστε κάλλιον τὴν εἰρήνην τηρεῖν, καὶ ταῦτα, Φιλίππου παρεληλυθότος εἴσω Πυλῶν, καὶ ἐπελθεῖν δυναμένου τῇ Ἀττικῇ, ἢ περὶ μικροῦ τηλικοῦτον κίνδυνον ἄρασθαι.

Οὗτος δὲ ὁ λόγος, παρεσκευάσθη μὲν, οὐ μὴν εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ. Κατηγορῶν γὰρ ὁ ῥήτωρ Αἰσχίνου, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ διαβάλλει, ὅτι συνεβούλευε Φίλιππον Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι, μηδενὸς ἄλλου τολμῶντος τοῦτο εἰσηγήσασθαι, μηδὲ Φιλοκράτους τοῦ πάντων ἀναιδεστάτου. Οὐκ ἂν οὖν αὐτὸς περὶ τούτων συμβεβουλευκὼς, τὸν Αἰσχίνην ἐπ' αὐτοῖς διέβαλλεν· ἀλλὰ δηλονότι τὴν ὑπόνοιαν ἔδεισε, μὴ δόξῃ φιλιππίζειν, καὶ χρήμασιν ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεισθεὶς, τοιαύτην γνώμην ἀποφήνασθαι· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ λόγῳ πρὸς τοιαύτην τινὰ ὑπόνοιαν ἱστάμενος φαίνεται, συνιστὰς ἑαυτὸν ὡς εὔνουν τῇ πόλει, καὶ ἀδωροδόκητον.

---

l. 2. pro αὐτοὺς in vulg. legi αὐτοῖς, quod proponit Volfius et admisit Reiskius. Legitur in cod. M πολεμήσειν αὐτοὺς εἰ δώσομεν. Cod. U neque αὐτοὺς habet, neque αὐτοῖς.

niensibus alii aliis de causis sint infensi, fore ut communiter contrà ipsos belligerent. Communem hanc, inquit, dabimus contrà nos occasionem, quòd simus nos soli qui decretis Amphictyonum intercedamus. Proindè consultius est tueri pacem, Philippo præsertìm intrà Pylas progresso, et nacto potestatem Atticæ invadendæ, quàm ob rem tantillam tantum adire periculum.

Hæc oratio scripta quidem, at non dicta esse mihi videtur, quum orator AEschinem accusans, de hoc etiam eum inter cetera criminetur, quòd suaserit ut Philippus inter Amphictyonas censeretur, eâ de re nemine alio referre audente, ne Philocrate quidem omnium impudentissimo. Quòd si hæc suasisset ipse, non utique AEschinem ob hæc eadem culparet; sed metuisset nimirùm, ne Philippi studiosus et pecuniâ à rege corruptus, sententiam hanc dixisse videretur. Nam in hâc ipsâ oratione talem quamdam nititur amovere suspicionem, dùm se ut patriæ amantem et donis impervium commendat.

---

l. 7. pro παρεσκευάσθη velit Volfius παρεσκεύασθαι, ità ut cohæreat cum δοκεῖ.

Digitized by Google

Ο ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ

ΛΟΓΟΣ.

Ὁρῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δυσκολίαν ἔχοντα καὶ ταραχήν· οὐ μόνον τῷ πολλὰ προεῖσθαι καὶ μηδὲν εἶναι προὔργου περὶ αὐτῶν εὖ λέγειν, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ τῶν ὑπολοίπων κατὰ ταυτὰ μηδὲ καθ' ἓν τὸ συμφέρον πάντας ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὡδὶ, τοῖς δὲ ἑτέρως, δοκεῖν. Δυσκόλου δ' ὄντος φύσει καὶ χαλεποῦ τοῦ βουλεύεσθαι, ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον ὑμεῖς αὐτὸ πεποιήκατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Ἐκ δὲ τούτου συμβαίνει παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὃν οἶδ' ἐγὼ, τὸν μὲν οἷς ἂν ἁμάρτητε ἐπιτιμῶντα, εὐδοκιμεῖν καὶ δοκεῖν εὖ λέγειν· τὰ δὲ πράγματα, καὶ περὶ ὧν βουλεύεσθε, ἐκφεύγειν ὑμᾶς. Οὐ μὴν ἀλλὰ, καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, οἶμαι, καὶ πεπεικὼς ἐμαυτὸν, ἀνέστηκα, ἂν ἐθελή-

l. 5. κατὰ ταυτὰ μηδὲ καθ' ἓν, intellige quasi legeretur μὴ

ORATIO

DE PACE.

Exordium.

VIDEO, Athenienses, præsentem rerum statum multas habere difficultates et turbas; non eò duntaxat quòd multa per incuriam sunt amissa, et de iis rectè dicere nihil juvat, verùm ob illud etiam quòd de reliquis neque juxtà unum quid eorum quæ expediant consentiunt, sed alii alia opinantur. Est autem cùm suâpte naturâ lubricum ac difficile dare suasionem, tùm vos, Athenienses, hoc multò difficilius effecistis. Nam quum omnes alii antè rem deliberent, vos re jam perfectâ id soletis facere. Ex quo per omne tempus, quod ego meminerim, accidit ut is qui delicta vestra reprehendit, laudetur quidem ac vera dicere videatur, at res ipsæ de quibus deliberatis, vos effugiant. Quæ quanquam ità sunt, tamen arbitror, et quia hoc persuasum habeo,

---

κατὰ ταυτὰ μηδὲ καθ' ἓν. Κατὰ ταυτὰ *secundùm eadem*, i. e. eodem animo.

σητε, τοῦ θορυβεῖν καὶ φιλονεικεῖν ἀποστάντες, ἀκούειν, ὡς ὑπὲρ πόλεως βουλευομένοις καὶ τηλικούτων πραγμάτων προσήκει, ἕξειν καὶ λέγειν καὶ συμβουλεύειν, δι' ὧν καὶ τὰ παρόντα ἔσται βελτίω, καὶ τὰ προειμένα σωθήσεται.

Ἀκριβῶς δὲ εἰδὼς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ λέγειν περὶ ὧν αὐτός εἶπέ τις καὶ περὶ αὑτοῦ, παρ' ὑμῖν ἀεὶ τῶν πάνυ λυσιτελούντων τοῖς τολμῶσιν ὂν, οὕτως ἡγοῦμαι φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς, ὥστε ἀνάγκην οὖσαν ὁρῶν, ὅμως ἀποκνῶ· νομίζω δ' ἄμεινον ἂν ὑμᾶς περὶ ὧν νῦν ἐρῶ κρῖναι, μικρὰ τῶν πρότερόν ποτε ῥηθέντων ὑπ' ἐμοῦ μνημονεύσαντας.

Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρῶτον μὲν, ἡνίκ' ἔπειθόν τινες ὑμᾶς, τῶν ἐν Εὐβοίᾳ ταραττομένων πραγμάτων, βοηθεῖν Πλουτάρχῳ, καὶ πόλεμον ἄδοξον καὶ δαπανηρὸν ἄρασθαι, πρῶτος καὶ μόνος παρελθὼν, ἀντεῖπον, καὶ μονονοῦ διεσπάσθην ὑπὸ τῶν ἐπὶ μικροῖς λήμμασι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑμᾶς ἁμαρτάνειν πεισάντων. Καὶ χρόνου βραχέος διελθόντος, μετὰ τοῦ προσόφλειν αἰσχύνην καὶ παθεῖν

---

l. 8. ὂν pro εἶναι. Ὂν τῶν πάνυ λυσιτελούντων, esse eorum quæ sunt omninò utilia, id est, esse maximè utile apud vos iis qui audent.

l. 17. μονονοὺ, ità latinè, *tantùm non.*

Digitized by Google

surrexi, me, si rixis omissis et tumultibus, audire volueritis, ut audire par est eos qui de republicâ tantisque negotiis deliberant, ea dicturum et suasurum, per quæ et emendetur status rerum præsens, et amissa per negligentiam recuperentur.

Confirmatio.

1°. Quum verò satis sciam, Athenienses, semper expedire plurimùm apud vos, si quis modò audeat, de iis quæ antè dixerit, ac de semetipso verba facere, ego tamen id adeò molestum et odiosum esse reor, ut, quanquam necessitatem hoc postulare video, id nihilominùs facere dubitem. Verùm existimo vos de his quæ nunc dicam rectiùs judicaturos, si pauca eorum quæ priùs aliquandò à me dicta sunt, in memoriam revocetis.

Ego, Athenienses, primùm quum, turbato Eubœæ statu, quidam vobis suaderent ut opem ferretis Plutarcho, bellumque ignobile et sumptuosum susciperetis, primus et solus pro concione adversatus sum, parúmque abfuit quin isti, qui parvi lucelli causâ vos suis consiliis in multa ingentiaque delicta conjecerunt, me dilaniarent. Dein, parvo tempore elapso, vos simul et ignominiam reportastis, et iis injuriis estis affecti,

οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν ὑπὸ τούτων οἷς ἐβοήθησαν, πάντες ὑμεῖς ἔγνωτε, τήν τε τῶν ταῦτα πεισάντων κακίαν, καὶ τὸν τὰ βέλτιστα εἰρηκότα ἐμέ.

Πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντα ἀδείας, κακὰ δ' ἐργαζόμενον τὰ μέγιστα τὴν πόλιν, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα, παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς, οὐδεμιᾶς ἕνεκα οὔτ' ἔχθρας οὔτε συκοφαντίας ἰδίας, ὡς ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ἔργων γέγονε δῆλον. Καὶ οὐκέτ' ἐν τούτοις αἰτιάσομαι τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας (οὐδὲ εἷς γὰρ ἦν), ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς. Εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε, ἀλλὰ μὴ περὶ σωτηρίας καὶ κοινῶν πραγμάτων ἦν λόγος, οὐκ ἂν οὕτως οὔτε ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτε ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν ἠκούετε. Καίτοι τοῦτό γε ὑμᾶς οἶμαι νῦν ἅπαντας ᾐσθῆσθαι, ὅτι τὴν τότε ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποιήσατο, ὑπὲρ τοῦ τὰ ἐκεῖ χρήματα ὀφειλόμενα, ὡς ἔφη, κομίσας δεῦρο, λειτουργεῖν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πλείστῳ χρησάμενος, ὡς δεινὸν εἴ τις ἐγκαλεῖ τοῖς ἐκεῖθεν ἐνθάδε τὰς εὐπορίας ἄγουσιν, ἐπειδὴ διὰ τὴν εἰρήνην ἀδείας

---

l. 9. Demosthenes in Philippicis, inquit Harpocratio, accipit πρυτανεύοντα pro διοικοῦντα.

Digitized by Google

qualibus nulli hominum unquam ab iis affecti sunt quibus opem tulerant, eâdemque operâ cognovistis omnes tùm istiusmodi consiliariorum improbitatem, tùm me dixisse utilissima.

Post iterùm, Athenienses, quum viderem ego histrionem Neoptolemum per speciem suæ artis quidvis impunè agere, reipublicæ maxima detrimenta importare, opesque vestras omnes perniciosâ administratione transferre ad Philippum, prodii, et id vos monui, nec ullis privatis inimicitiis, nec calumniandi studio impulsus, quemadmodùm factis insequentibus patuit. Atque in his non jam Neoptolemi defensores accusabo (neque enim ullus fuit), sed vosmetipsos. Nam si in Bacchi templo tragœdos spectassetis, nec de reipublicæ salute sermo esset habitus, nequaquam nec eum tàm æquis, nec me tàm infensis animis audissetis. Atqui hoc vos opinor nunc saltem sentire, eum tunc ad hostes profectum, ut coacto ære alieno quod sibi illîc deberi dicebat, huc reversus publica munera obiret, et plurimùm hâc usum oratione, iniquum esse quemquam ideò quòd opes quas haberet illîc huc inveheret accusari, ubi factâ pace tutò id

l. 14. ἐν Διονύσου, subaudi ἑορτῇ vel ἱερῷ, *in Bacchi festo* vel *templo.*

ἔτυχεν, ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο οὐσίαν φανεράν, ταύτην ἐξαργυρίσας, πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγων ᾤχετο.

Δύο μὲν δὴ ταῦτα, ὧν προεῖπον ἐγὼ, μαρτυρεῖ τοῖς τότε γεγενημένοις λόγοις, ὀρθῶς καὶ δικαίως, διά περ ἦν, ἀποφανθέντα ὑπ' ἐμοῦ.

Τρίτον δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μόνον ἓν τοῦτ' εἰπὼν ἔτι, καὶ δὴ καὶ περὶ ὧν παρελήλυθα ἐρῶ. Ἡνίκα τοὺς ὅρκους τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἀπειληφότες ἥκομεν οἱ πρέσβεις, τότε Θεσπιὰς τινῶν καὶ Πλαταιὰς ὑπισχνουμένων οἰκισθήσεσθαι, καὶ τοὺς μὲν Φωκέας τὸν Φίλιππον, ἂν γένηται κύριος, σώσειν, τὴν δὲ Θηβαίων πόλιν διοικιεῖν, καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ὑπάρξειν, καὶ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ἀποδοθήσεσθαι, καὶ τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμούς, οἷς ὑπαχθέντες ὑμεῖς, οὔτε συμφερόν-

---

l. 1. ἀφανὴς οὐσία, juxtà Harpocrationem erat illa quæ argento, servis, vasis constabat; φανερὰ verò quæ terrenis possessionibus.

l. 3 et seq. sic construo hanc phrasim, δύο μὲν δὴ ταῦτα, ὧν προεῖπον ἐγὼ, ὀρθῶς καὶ δικαίως, διαπερ ἦν, ἀποφανθέντα ὑπ' ἐμοῦ, μαρτυρεῖ τοῖς τότε γεγενημένοις λόγοις, *haec duo, ex his quae ego dixi priùs, rectè et justè, qualia erant, à me enunciata, testantur in gratiam orationum tunc habitarum*, scilicet, à me.

l. 12. vulg. διοικεῖν : correxi διοικιεῖν à διοικίζω. Quam lectionem admissam ab ed. Par. et Reiskio confirmant codd. D, L, M, N et Y. Διοικεῖν (vel potiùs διοικιεῖν) inquit Harpocra-

facere potuit, vendidisse bona quæ hic possedit manifesta, factamque pecuniam ad illum proficiscendo avexisse.

Duo hæc quæ ego prædixi, orationes tunc à me habitas confirmant, testanturque à me omnia qualia erant rectè et justè fuisse declarata.

Jam tertium est, ô Athenienses, de quo uno etiam postquam dixero, de iis verba faciam propter quæ huc ascendi. Quum nos legati, exacto de pace jurejurando, rediissemus, et quidam promitterent fore ut Thespiæ et Plateæ instaurarentur, ac Philippus Phocenses, si eos redegisset in potestatem, conservaret, Thebanorum verò civitatem dissiparet, quin et Oropus vester futurus sit, et Eubœam pro Amphipoli vos reciperetis; quum denique plures ejus generis spes et imposturæ jactarentur, quibus vos inducti, neque æquitatis, neque utilitatis aut dignitatis vestræ habitâ ratione, Phocenses deseruistis:

---

tio, ἀντὶ τοῦ διαιρήσειν, ὥστε μὴ ἐν ταυτῷ πάντας οἰκεῖν, ἀλλὰ χωρὶς καὶ κατὰ μέρος. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς.

l. 14 et 15. καὶ τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμοὺς, hi accusativi referri debent ad ὑπισχνουμένων: malim tamen cum Reiskio addi προτεινόντων vel ὑποδεικνύντων.

τως, οὔτε ἴσως, οὔτε καλῶς, προεῖσθε Φοκέας· οὐδὲν τούτων οὔτ' ἐξαπατήσας οὔτε σιγήσας ἐγὼ φανήσομαι, ἀλλὰ προειπὼν ὑμῖν, ὡς εὖ οἶδ' ὅτι μνημονεύετε, ὅτι ταῦτα οὔτε οἶδα οὔτε προσδοκῶ, νομίζω δὲ τὸν λέγοντα ληρεῖν.

Ταῦτα τοίνυν πάντα ὅσα φαίνομαι βέλτιον τῶν ἄλλων προορῶν, οὐδ' εἰς μίαν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε δεινότητα, οὔτε ἀλαζονείαν ἐπανοίσω, οὐδὲ προσποιήσομαι δι' οὐδὲν ἄλλο γινώσκειν καὶ προαισθάνεσθαι, πλὴν δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω δύο. Ἓν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' εὐτυχίαν· ἣν συμπάσης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος καὶ σοφίας ὁρῶ κρατοῦσαν. Ἕτερον δὲ, ὅτι προῖκα τὰ πράγματα κρίνω καὶ λογίζομαι, καὶ οὐδὲν λῆμμα οὐδεὶς ἂν ἔχοι πρὸς οἷς ἐγὼ πεπολίτευμαι καὶ λέγω δεῖξαι προσηρτημένον. Ὀρθὸν οὖν ὅ, τι ἄν ποτε ἀπ' αὐτῶν ὑπάρχῃ τῶν πραγμάτων, τὸ συμφέρον φαίνεταί μοι. Ὅταν δ' ἐπὶ θάτερα, ὡσπερεὶ ἐπὶ τρυτάνην, ἀργύριον προσενέγκης, οἴχεται φέρον καὶ καθείλκυσε τὸν λογισμὸν ἐφ' αὐτὸ, καὶ οὐκέτ' ἂν ὀρθῶς οὐδ' ὑγιῶς, ὁ τοῦτο ποιήσας, περὶ οὐδενὸς ἂν λογίσαιτο.

---

l. 13 et seq. καὶ οὐδὲν λῆμμα . . . . hanc phraseos partem sic interpretor, *et nullum emolumentum nullus posset ostendere adjunctum iis quae ego administro et dico*, quo nempè ea in pravum inclinent. Mox ὀρθὸν accipe adverbialiter, *rectà*.

apparebit me in nullo horum quid sentirem dissimulasse, neque per fraudem, neque per timorem, sed prædixisse vobis (idque haud dubiè recordamini) me talia neque scire neque expectare, at existimare eum nugas agere qui talia nunciaret.

2°. Quòd igitur hæc omnia me rectiùs quàm alios prævidisse constet, non ego, Athenienses, singulari meæ prudentiæ ascribam, neque prædicabo arroganter, neque ob aliud quidquam me intelligere et præsagire profitebor, nisi ob ea quæ vobis dicam duo. Primùm, Athenienses, ob Fortunam quam omni humanâ mente et sapientiâ video esse superiorem : deindè quòd negotia gratis judico et intueor, neque quisquam ullum emolumentum proferre potest quod ego in gerendâ republicâ et dicendâ sententiâ spectare soleam. Quod igitur utile rebus ipsis inest, mihi rectà et statim occurrit. At si in alteram partem, velut in trutinam, pecuniam imposueris, ea pecunia præcipitat cogitationem et ad se abripit deorsùm, nec quisquis sustinuit aurum accipere, ullâ de re deinceps rectè et verè cogitaverit.

---

l. 17. vulg. ὥσπερ εἰς : prætuli ὡσπερεὶ ἐπὶ, quod dat cod. N.

Ἓν μὲν οὖν ἔγω γε πρῶτον ὑπάρχειν φημὶ δεῖν, ὅπως εἴτε σύνταξιν, εἴτε συμμάχους, εἴτ' ἄλλο τι βούλεταί τις κατασκευάζειν τῇ πόλει, τὴν ὑπάρχουσαν εἰρήνην μὴ λύων τοῦτο ποιήσῃ, οὐχ ὡς θαυμαστὴν, οὐδ' ὡς ἀξίαν οὖσαν ὑμῶν, ἀλλ' ὁποία ποτ' ἐστὶν αὕτη, μὴ γενέσθαι μᾶλλον εἶχε τοῖς πράγμασι καιρὸν, ἢ γεγενημένην νῦν δι' ὑμᾶς λυθῆναι. Πολλὰ γὰρ προείμεθα, ὧν ὑπαρχόντων, τότ' ἂν ἢ νῦν ἀσφαλέστερος καὶ ῥᾴων ἦν ἡμῖν ὁ πόλεμος.

Δεύτερον δὲ ὁρᾶν ὅπως μὴ προαξόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς συνεληλυθότας τούτους, καὶ φάσκοντας Ἀμφικτύονας νῦν εἶναι, εἰς ἀνάγκην καὶ πρόφασιν κοινοῦ πολέμου πρὸς ὑμᾶς. Ἐγὼ γὰρ, εἰ γένοιθ' ὑμῖν πρὸς Φίλιππον πάλιν πόλεμος δι' Ἀμφίπολιν, ἤ τι τοιοῦτον ἔγκλημα ἴδιον, οὗ μὴ μετέχουσι Θετταλοὶ, μὴ δ' Ἀργεῖοι, μηδὲ Θηβαῖοι, οὐκ ἂν ἡμῖν οἴομαι τούτων οὐδένα πολεμῆσαι, καὶ πάντων ἥκιστα (καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἂν ἀκούσῃ) Θηβαίους. Οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσιν ἡμῖν,

---

l. 1. οὖν indicat transitionem : ceterùm sic ego sentio in re præsenti.

l. 10. ὁρᾶν, sub. ex præcedentibus φημὶ δεῖν.

l. 15. ἤ τι, nempè ἢ διά τι. Sic et infrà, pag. 168, l. 5 et 6,

Digitized by Google

3°. Ceterùm hoc ego imprimis statuendum esse dico, sive quis tributum indicere, sive socios asciscere, sive aliis præsidiis rempublicam firmare velit, id ità uti faciat ne pacem hanc quâ fruimur abroget. Non quòd ea præclara sit neque vobis digna, sed qualiscumque sit, id ad res gerendas utilius fuisset et opportunius, eam nunquam fuisse factam, quàm nunc, postquam facta est, per vos abrogari. Multa enim temerè projecimus, quæ quia tùm existebant, tutiùs et faciliùs quàm nunc bellare potuissemus.

4°. Secundò providendum est, ô Athenienses, ne eos qui unà convenerunt, et se nunc dictitant esse Amphictyonas, in necessitatem adducamus belli communis contrà vos suscipiendi, aut hujus causam istis suppeditemus. Ego quippè, si inter vos et Philippum bellum denuò ob Amphipolim, aut ob aliam aliquam privatam controversiam oriretur, quæ neque ad Thessalos, neque ad Argivos, neque ad Thebanos quidquam attineret, non puto vobis istorum quemquam arma illaturum, ac omnium minimè (ne verò quisquam mihi obturbet priusquàm audierit) Thebanos. Non quòd nobis benè cupiant,

---

ἤ τι τῶν ἰδίων, subaudiendum διὰ post ἤ.

οὐδ' ὡς οὐκ ἂν χαρίζοιντο Φιλίππῳ, ἀλλ' ἴσασιν ἀκριβῶς (εἰ καὶ πάνυ φήσειέ τις αὐτοὺς ἀναισθήτους εἶναι) ὅτι, εἰ γενήσεται πόλεμος πρὸς ὑμᾶς αὐτοῖς, τὰ μὲν κακὰ πάνθ' ἕξουσιν αὐτοὶ, τοῖς δ' ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἕτερος καθεδεῖται. Οὔκουν πρόοιντο ἂν ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο, μὴ κοινῆς τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αἰτίας οὔσης τοῦ πολέμου. Οὐδέ γε, εἰ πάλιν πρὸς τοὺς Θηβαίους πολεμήσαιμεν δι' Ὠρωπὸν, ἤ τι τῶν ἰδίων, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς παθεῖν ἡγοῦμαι. Καὶ γὰρ ἡμῖν κᾀκείνοις τοὺς βοηθήσοντας ἂν οἶμαι, εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηθεῖν, οὐ συνεπιστρατεύσειν οὐδετέροις. Καὶ γὰρ αἱ συμμαχίαι τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον ὃν καὶ φροντίσειεν ἄν τις, καὶ τὸ πρᾶγμα φύσει τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐκ ἄχρι τῆς ἴσης ἕκαστός ἐστιν εὔνους οὔθ' ἡμῖν οὔτε Θηβαίοις, ὥστε σῶς τε εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων· ἀλλὰ σῶς μὲν εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο, ἕνεκα ἑαυτῶν, κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους, δεσπότας ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐδὲ εἷς.

---

l. 5. ἔφεδρος ille ex athletis dicebatur, cui sorte obtigerat ut, certantibus aliis, spectator sederet congressurus mox cum fatigato, vigens ipse atque integer viribus. Hinc ἐφεδρεύω, assideo ut alium invadam et ejus bonis fruar.

l. 11 et 12. accipe βοηθεῖν quasi βοηθήσειν, quod malim ob subsequens συνεπιστρατεύσειν. Ceterùm intellige συνεπιστρατεύω, *unà cum aliquo expeditionem suscipio*, i. e. regionem alienam invado cum aliquo.

l. 14 et seq. ἄχρι τῆς ἴσης .... ὥστε, respondet huic quod

aut obsequi Philippo nolint, sed quòd sciant optimè, quantumvis dicantur stupidi, si bello nobiscum implicentur, omnia se mala toleraturos, dùm alius commodis imminens assidebit. Nunquam igitur eò se præcipitabunt, nisi origo et causa belli communis fuerit. Nihil etiam nos, si cum Thebanis denuò propter Oropum aut privatum emolumentum aliquod belligeremus, mali accepturos à Græcis arbitror. Nam qui vel nos vel illos adjuvarent, eos alterutris, si horum agros vastari videant, opem esse laturos existimo, sed neutris ad alienam ditionem invadendam præstò futuros. Societatum enim ea est omninò ratio, quæ et diligenter cogitanti sese objicit, et quam ipsius rei natura patitur. Neque ulli vel nobis vel Thebanis adeò benè cupiunt, ut simul et incolumes esse nos et aliis imperare velint, sed nostram omnes incolumitatem optant suì ipsorum causâ, ut verò alterutri potiti victorià ipsis dominentur, nemo.

---

gallicè diceremus, *jusqu'à la concurrence de.* Mox pro ὥστε εἶναι in vulg. non dubitavi reponere juxtà Reiskium, ὥστε σῶς τε εἶναι, σῶς contractè pro σώους. Totum hunc locum paulò intricatiorem sic interpretor; *unusquisque ex aequo* (vel *pariter*) *neque vobis neque Thebanis ità benevolus est ut velit nos et incolumes esse et aliis imperare, sed incolumes esse....*

Τί οὖν ἡγοῦμαι φοβερὸν, καὶ τί φυλάξασθαι φημί δεῖν ὑμᾶς; ὅπως μὴ κοινὴν πρόφασιν καὶ κοινὸν ἔγκλημα ὁ μέλλων πόλεμος πρὸς ἅπαντας λάβῃ. Ἐι γὰρ Ἀργεῖοι μὲν, καὶ Μεσσήνιοι, καὶ Μεγαλοπολῖται, καί τινες τῶν λοιπῶν Πελοποννησίων, ὅσοι γε δὴ τὰ αὐτὰ τούτοις φρονοῦσι, διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν ἐχθρῶς σχήσουσι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων· Θηβαῖοι δὲ ἔχουσι μὲν, ὡς λέγουσιν, ἀπεχθῶς, ἔτι δὲ ἐχθροτέρως σχήσουσιν, ὅτι τοὺς παρ' ἐκείνων φεύγοντας σώζομεν, καὶ πάντα τρόπον τὴν δυσμένειαν ἐνδεικνύμεθα αὐτοῖς· Θετταλοὶ δὲ, ὅτι τοὺς Φωκέων φυγάδας σώζομεν· Φίλιππος δὲ, ὅτι κωλύομεν αὐτὸν κοινωνεῖν τῆς Ἀμφικτυονίας· φοβοῦμαι μὴ πάντες, περὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος ὀργιζόμενοι, κοινὸν ἐφ' ἡμᾶς ἀγάγωσι τὸν πόλεμον, τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων δόγματα προστησάμενοι, εἶτ' ἐπισπασθῶσιν ἕκαστοι πέρα τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς ἡμῖν πολεμῆσαι, ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι νῦν Θηβαῖοι, καὶ Φίλιππος, καὶ Θετταλοὶ, οὐχὶ τὰ αὐτὰ μάλιστα ἕκαστοι ἐσπου-

l. 8. καὶ τὸ, scilicet διὰ τό. Cod. V habet διὰ inter lineas ut scholium. Ibidem pro ἐκδέχεσθαι malim διαδέχεσθαι, *comprobare, consentire, favere.*

l. 15 et 16. vulg. ὀργιζόμενος: prætuli ὀργιζόμενοι, quod dant

Quid igitur autumo formidabile, et quid vobis esse dico providendum? Ne Græcis commune crimen communemque causam suppeditemus, ob quam omnes adversùs nos bellaturi sint. Nam si Argivi, et Messenii, et Megalopolitæ, et reliqui Peloponnesii qui eadem cum illis sentiunt, ideò nobis erunt inimici quòd Lacedæmoniorum societatem ambierimus, et nonnulla illorum acta videamur comprobare; si Thebani nobis, ut aiunt, infensi, inimiciores etiam fient, quòd viros ab eis actos in exilium tueamur, nostramque adversùs ipsos malevolentiam omnibus modis declaremus; si Thessali quòd servemus Phocensium exules, si Philippus quòd prohibeamus ipsum jure frui amphictyonico, nos oderint: metuo ne omnes, privatis quique offensis irritati, communi bello nos adoriantur, Amphictyonum decreta prætexentes, ac deindè attrahantur singuli ut etiam contrà suam utilitatem nos oppugnent; id quod etiam Phocensi bello usuvenit. Nec enim hoc scilicet ignoratis, Thebanos nunc, et Philippum, et Thessalos, quum non ad eumdem tenderent finem, eadem fecisse. Verbi gratià, Thebani non po-

---

nonnulli codices. Cod. N habet περὶ τῶν οἰκείων ὀρϐιζόμενοι sine ἕκαστος.

l. 19. ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας, nimirùm γέϛονε.

στακότες, τὰ αὐτὰ πάντες ἔπραξαν. Οἷον Θηβαῖοι, τὸν μὲν Φίλιππον παρελθεῖν, καὶ λαβεῖν τὰς παρόδους, οὐκ ἐδύναντο κωλῦσαι, οὐδέ γε τῶν αὐτοῖς πεπονημένων, ὕστατον ἐλθόντα, τὴν δόξαν ἔχειν. Νυνὶ γὰρ Θηβαίοις, πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν ἔχειν καὶ κεκομίσθαι, κάλλιστα πέπρακται· πρὸς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν, αἴσχιστα. Ἐι γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι. Ταῦτα δ᾽ οὐκ ἐβούλοντο· ἀλλὰ τῷ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν λαβεῖν ἐπιθυμεῖν, μὴ δύνασθαι δὲ, ταῦτα πάνθ᾽ ὑπέμειναν. Φίλιππον τοίνυν τινὲς μὲν δήπου τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐκ ἐβούλετο Θηβαίοις Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν παραδοῦναι, ἀλλ᾽ ἠναγκάσθη. Ἐγὼ δὲ τούτοις μὲν ἐρρῶσθαι λέγω, ἐκεῖνο δὲ οἶδα ὅτι οὐ μᾶλλόν γε ταῦτ᾽ ἔμελεν αὐτῷ, ἢ τὰς παρόδους λαβεῖν ἐβούλετο, καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου, τοῦ δοκεῖν δι᾽ αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι, καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι᾽ ἑαυτοῦ. Καὶ ταῦτ᾽ ἦν ὧν μάλιστα ἐγλίχετο. Θετταλοὶ δέ γε οὐδέτερα ἐβούλοντο τούτων, οὔτε Θηβαίους, οὔτε τὸν Φίλιππον μέγαν γενέσθαι· πάντα γὰρ ταῦτα ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἡγοῦντο εἶναι·

---

l. 8. οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι : videtur addendum vel saltem subaudiendum πεπραγμένον, *nihil ipsis videretur actum fuisse.*

l. 16 et 17. καὶ τὴν δόξαν τοῦ . . . interpretor ad verbum, *et gloriam belli accipere, gloriam* τοῦ *videri per ipsum finem cepisse*,

tuerunt prohibere ne Philippus penetraret Thermopylas, atque illas angustias occuparet, nec obsistere quominùs is qui postremus advenerat, magno ipsorum labore partam gloriam interciperet. Nunc quippè Thebani, quod ad regionis amplificationem attinet, rem præclarissimè gesserunt; sin honorem spectes et gloriam, turpissimè. Nisi enim Philippus penetrasset Thermopylas, nihil actum fuisse ipsis videretur. Atqui hæc eis non proposita fuerunt, sed quia Orchomeno et Coroneâ cupiebant potiri, nec tamen poterant, ideò hæc omnia tolerârunt. Sunt qui dicere ausint Philippum non ultrò, sed coactum, Thebanis Orchomenum et Coroneam tradidisse. Equidem hos valere jubeo, illudque scio illi non magis hæc curæ fuisse quàm ut occuparet angustias Thermopylarum, eamque gloriam consequeretur ut bellum suâ ope repressum diceretur, utque ludorum pythicorum præses fieret. Hæc sunt quæ ille potissimùm concupiebat. Jam Thessali neutrum horum voluerunt, nec ut Thebanorum nec ut Philippi opes augerentur, quod utrumque sibi contrarium esse

---

i. e. itâ ut hoc videatur per ipsum finem cepisse.

l. 17 et 18. τὰ Πύθια θεῖναι est ἀγωνοθέτην εἶναι ἐν τοῖς Πυθίοις, qui maximus honor apud Græcos habebatur.

τῆς πυλαίας δὲ ἐπεθύμουν καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς, πλεονεκτημάτων δυοῖν, κύριοι γενέσθαι· τῷ δὲ τούτων γλίχεσθαι, τάδε συγκατέπραξαν. Τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεκα ἕκαστον εὑρήσετε εἰς τὰ πολλὰ προειμένον ὧν οὐδὲν ἐβούλετο πρᾶξαι. Τοῦτο μὲν τοίνυν ὅτι τοιοῦτόν ἐστι, φυλακτέον ὑμῖν.

Τὰ κελευόμενα ἡμᾶς ἄρα δεῖ ποιεῖν, ταῦτα φοβουμένους; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις; πολλοῦ γε καὶ δέω. Ἀλλ' ὡς οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν αὐτῶν, οὔτ' ἔσται πόλεμος, νοῦν τε δόξομεν πᾶσιν ἔχειν, καὶ τὰ δίκαια λέγειν ἐμὲ, τοῦτ' οἶμαι δεῖξαι.

Πρὸς δὲ τοὺς θρασέως ὁ, τιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν, καὶ μὴ προορωμένους τὸν πόλεμον, ἐκεῖνα βούλομαι λογίσασθαι. Ἡμεῖς Θηβαίους ἐῶμεν ἔχειν Ὠρωπόν· καὶ εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς, κελεύσας εἰπεῖν τἀληθῆ, διατί; ἵνα μὴ πολεμῶμεν, φαίημεν ἄν. Καὶ Φιλίππῳ νυνὶ κατὰ τὰς συνθήκας, Ἀμφιπόλεως παρακεχωρήκαμεν, καὶ Καρδιανοὺς ἐῶμεν ἔξω Χεῤῥονησιτῶν τῶν ἄλλων τέταχθαι, καὶ τὸν Κᾶρα

---

l. 1 et 2. vulg. τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι: distinxi aliter cum Reiskio; ad τῶν ἐν Δελφοῖς subaudi δικαίων, et accipe πλεονεκτημάτων δυοῖν tanquam appositionem ad τῆς πυλαίας et τῶν ἐν Δελφοῖς.

l. 11. addidi, monente Volfio, ἐμὲ, quod mihi videtur necessarium. Deindè δεῖξαι dedi juxtà Reiskium pro δείξειν in

perspiciebant; sed hæc duo spectârunt ut jura ad Thermopylas et ad Delphos, duplex emolumentum, obtinerent: quorum desiderio in his rebus adjuvârunt Philippum. Sic ob privata compendia quosque reperietis ad multa facienda esse compulsos, quorum nihil in animo habuerunt. Quod quum itâ sit, vobis est cavendum diligenter.

5°. Numquid igitur harum rerum metu facienda erunt quæ alii jusserint; tuque ejus rei nobis autor es? Minimè verò equidem. Sed nos et nihil indignum nobis facturos, neque bellum conflaturos, et prudentiæ laudem consecuturos, meamque sententiam esse veram, hæc me confido ostendisse.

Cum illis autem qui confidenter quidvis periculi censent esse subeundum, nec belli clades ob oculos sibi ponunt, itâ velim ratiocinari. Nos Oropum Thebanos tenere sinimus. Quòd si quis nos roget, ac vera fateri jubeat, quamobrem? ne bello conflictemur, respondebimus. Et Philippo nunc ex fœdere concessimus Amphipolim; et Cardianos à reliquis Chersonitis exemptos esse patimur, et Cariæ regem insulas occupare, Chion,

---

vulgatâ. Cod. N legit τοῦτ' οἶμαι δεῖν ποιεῖν, quod Bav. habet ad marginem.

τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον, καὶ Κῶ, καὶ Ῥόδον, καὶ Βυζαντίους κατάξειν τὰ πλοῖα· δηλονότι, τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι νομίζοντες, ἢ τὸ προσκρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων. Οὐκοῦν εὔηθες, καὶ κομιδῇ σχέτλιον, πρὸς ἑκάστους καθ᾽ ἕνα οὑτωσὶ ἤδη προσενηνεγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι.

---

l. ult. περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς. Didymus, inquit Harpocratio, ait proverbium de asini umbrâ detortum esse ab ora-

Digitized by Google

Con et Rhodum, et Byzantios in mari naves abducere; idcircò nimirùm quòd pacis tranquillitatem plus commodare nobis arbitramur, quàm inimicitias et contentiones hisce de causis susceptas. Porrò stultum ac penitùs absurdum fuerit, quum in propriis ac maximè necessariis rebus, singulatìm ergà quoslibet nos tales præbuerimus, cum universis de umbrâ delphicâ nunc belligerare.

tore de umbrâ delphicâ loquente: asini autem umbram dici in eos qui de rebus nihili contendunt.

ANALYSIS

PHILIPPICÆ SECUNDÆ.

Propositum.

Quum è multis jam victor evasisset Philippus et multâ auctus esset potentiâ, animum convertit ad Peloponnesum. Argos et Messena, hujus regionis celeberrimæ civitates, à Spartâ opprimendæ, confugerunt ad Philippum. Hic, factâ pace cum Atheniensibus, qui speraverant ipsum à Thebanis discessurum, ab illis adeò non discessit, ut etiam cum iis victoriarum suarum fructus partiretur. Spartæ jampridem inimici Thebani à Philippo etiam atque etiam petebant ut secum et cum Argivis ac Messenis jungeretur, quò Lacedæmoniorum vires et animos debilitaret. Illorum postulatis quum libentissimè annuisset rex Macedoniæ, per Amphictyonas jussit ut Sparta Argivos et Messenios sui juris esse sineret, et quò decretum confirmaret amphictyonicum, exercitum misit in Peloponnesum. Territi Lacedæmonii, ab Atheniensibus petiverunt ut ad se accederent sibique auxiliarentur publicæ utilitatis causâ. E contrà Philippus, Thebani, Argivi et Messenii, ab iisdem petebant ne faverent Lacedæmoniis regnum affectantibus in Peloponneso. Demosthenes, ceteris neglectis, et in id quod è re suæ civitatis erat unicè intentus, Lacedæmoniorum postulata tueri non dubitat, contenditque vehementer Philippum reipublicæ atheniensis inimicum esse, et esse debere.

Exordium.

Orator exprobrat Atheniensibus quòd iis quidem annuant qui planas faciunt Philippi injurias, verùm audire et auditis annuere contenti, nihil agant quo ille coerceatur. Dicit mutandam nunc esse consulendi rationem, et oportere ut oratores omnes et auditores optima et salutaria facillimis et jucundissi-

Digitized by Google

mis anteferant; se quidem, dùm multi securi sunt de Philippo, arbitrari illum esse suæ civitatis hostem.

Confirmatio.

1°. Philippus ex iis quæ fecit statìm post pacem et ex iis quæ nunc facit, prædicat se civitati atheniensi esse adversarium, nempè dum favit Thebanis, et nunc favet Messeniis et Argivis; quod utrumque egit et agit ex suæ cupiditatis commodo. Præterita enim ipsum docent Thebanos et Argivos ipsi opitulaturos regnum in Græciâ affectanti, Athenienses autem eidem prava molienti validâ contentione adversaturos.

2°. At enim, dicet aliquis, ideò Thebanis favit Philippus quòd æquiora quàm Athenienses postularent. Alius dicet forsitan, coactum fuisse Philippum, invitumque fecisse ut Thebanis faveret. Utramque hanc objectionem planè et liquidè refellit Demosthenes.

3°. Idem contendit Macedoniæ regem et reipsâ agere et agere debere contrà suam rempublicam, quod ex ipsis rebus, ex animo regis et Atheniensium, evidenter demonstrat.

4°. Probare aggreditur ità naturâ esse comparatum ut Philippus, atque adeò tyranni et reges populis liberis insidientur. Refert itaque partem aliquam orationis ad Messenios dictæ, in quâ id exemplis et argumentis multâ cum vehementiâ confirmabat, hocque absolvit hortando suos ut rectiùs agant quàm Messenii et Peloponnenses.

5°. Totam concludit orationem postulando ut in jus vocentur cives pessimi, ac præsertim Æschines, in quem præcipuè intendit, qui magnificis, at vanis, allatis à Philippo promissis civitatem suam deceperunt, et eò adduxerunt ut pacem faceret. In eos tanquam perniciosæ pacis autores invehitur, dicitque quo animo ipsos velit in jus vocari et pœnas dare debitas.

Dicta est hæc oratio anno primo olympiadis CIX, sub archonte Lycisco.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΥ.

ΠΑΡΑΙΝΕΙ διὰ τούτου τοῦ λόγου τοῖς Ἀθηναίοις ὁ ῥήτωρ, πολέμιον ὑποπτεύειν τὸν Φίλιππον, καὶ τῇ εἰρήνῃ μὴ πάνυ πιστεύειν· ἀλλὰ ἐγείρεσθαι, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι, καὶ εὐτρεπίζεσθαι εἰς πόλεμον. Ἐπιβουλεύειν γὰρ αἰτιᾶται καὶ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τὸν Φίλιππον. Καὶ τοῦτ' αὐτοῦ καταμαρτυρεῖν τὰς πράξεις φησίν. Ἐπαγγέλλεται δὲ καὶ ἀποκρίσεις δώσειν, πρός τινας πρέσβεις ἥκοντας, ἀπορούντων τῶν Ἀθηναίων, ὁπότε ἀποκρίνασθαι δεῖ. Πόθεν δὲ οὗτοι, καὶ περὶ τίνων ἥκουσιν, ἐν τῷ λόγῳ μὲν οὐ δηλοῦται, ἐκ δὲ τῶν Φιλιππικῶν ἱστοριῶν μαθεῖν δυνατόν. Κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν καιρὸν ἔπεμψε πρέσβεις ὁ Φίλιππος πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, αἰτιώμενος, ὅτι διαβάλλουσιν αὐτὸν μάτην πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὡς ἐπαγγειλάμενον αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα, ψευσάμενον δέ. Οὐδὲν γὰρ ὑπεσχῆσθαί φησιν, οὐδὲ ἐψεῦσθαι. Καὶ περὶ τούτων ἐλέγχους ἀπαιτεῖ. Ἔπεμψαν δὲ μετὰ Φιλίππου, καὶ Ἀργεῖοι καὶ Μεσσήνιοι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας, αἰτιώμενοι καὶ οὗτοι τὸν δῆμον, ὅτι

---

l. 4. εἰς πόλεμον: legunt πρὸς πόλεμον codd. L, M et Ee.

l. 5 et 6. καὶ τοῦτ' αὐτοῦ .... φησὶν, ità solerter emendaverunt partim Volſius, partim Reiskius: nam in omnibus libris legitur, καὶ τοῦτο αὐτοῦ καταμαρτυροῦντος πράξειν φησίν.

LIBANII

ARGUMENTUM

SECUNDAE IN PHILIPPUM

ORATIONIS.

Hac oratione monet Athenienses orator, Philippum ut hostem suspectum esse habendum, neque paci fidendum nimis, sed expergiscendum, et gerendis rebus animum adjiciendum, ac bellum apparandum esse. Philippum enim criminatur, ut qui et Atheniensibus et omnibus Græcis insidietur, idque satis ipsius facta testari dicit. Pollicetur etiam se responsurum legatis qui advenerunt, quòd Athenienses anxii forent, quum esset respondendum. Undè verò illi et quibus de rebus venerint, etsi in oratione non declaratur, tamen è Philippicis historiis cognosci potest. Per id enim temporis legatos miserat ad Athenienses Philippus, conquerens se immeritò apud Græcos accusari, ut qui multa eis et magna pollicitus, eos frustratus esset. Negat enim se vel pollicitum vel frustratum esse; atque ea coargui postulat. Messenii autem et Argivi legatos cum Philippo Athenas miserant, et ipsi criminantes populum, qui

---

l. 8 et 9. suprà ὁπότε cod. U scribit ὅπως. Mox περὶ, dant παρὰ codd. L, M, V, X et Dd.

l. 12 et 13. ἐπαγγειλάμενον, ψευσάμενον: plerique libri habent ἐπαγγελλόμενον, ψευδόμενον.

Digitized by Google

Λακεδαιμονίοις καταδουλουμένοις τὴν Πελοπόννησον, εὔνους τέ ἐστι καὶ συγκροτεῖ, αὐτοῖς δὲ περὶ ἐλευθερίας πολεμοῦσιν ἐναντιοῦται. Ἀποροῦσιν οὖν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ πρὸς τὸν Φίλιππον ἀποκρίσεως, καὶ πρὸς τὰς πόλεις, ὅτι εὔνοι μέν εἰσι Λακεδαιμονίοις, καὶ τὴν τῶν Ἀργείων καὶ Μεσσήνιων μετὰ Φιλίππου σύστασιν καὶ μισοῦσι καὶ ὑποπτεύουσιν, οὐ μὴν ἀποφήνασθαι δύνανται δίκαια πράττειν τοὺς Λακεδαιμονίους. Πρὸς δὲ τὸν Φίλιππον, διημαρτήκασι μὲν ὧν ἤλπισαν, οὐ μὴν ὑπ᾽ἐκείνου γε αὐτοῦ δοκοῦσιν ἐξηπατῆσθαι. Οὔτε γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνέγραψεν ὁ Φίλιππος ἐπαγγελίαν οὐδεμίαν, οὔτε διὰ τῶν ἰδίων πρεσβειῶν ἐποιήσατό τινα ὑπόσχεσιν, ἀλλὰ Ἀθηναίων τινὲς ἦσαν οἱ τὸν δῆμον εἰς ἐλπίδα καταστήσαντες, ὡς Φίλιππος Φωκέας σώσει, καὶ τὴν Θηβαίων ὕβριν καταλύσει. Διὰ τοῦτο ὁ Δημοσθένης τῶν ἀποκρίσεων μνησθεὶς, ἐπαγγέλλεται μὲν αὐτὰς δώσειν. Φησὶ δὲ ὅτι δίκαιον ἦν, τοὺς τὴν δυσχέρειαν πεποιηκότας, ἐκείνους καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀπαιτεῖσθαι, τοὺς ἀπατήσαντας, φησὶ, τὸν δῆμον, καὶ ἀνοίξαντας Φιλίππῳ Πύλας. Ταῦτα δὲ εἰς τὸν Αἰσχίνην αἰνίττεται, προκατασκευαζόμενος, ὥς φασι, τὴν κατ᾽αὐτοῦ κατηγορίαν τῆς παραπρεσβείας, ἣν ὕστερον ἐνεστήσατο, καὶ προδιαβάλλων αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.

---

l. 10 et 11. πρεσβειῶν: legunt πρέσβεων universi ferè codd.

Lacedæmoniis Peloponnesum opprimentibus faveret et adesset, sibi verò de libertate bellantibus adversaretur. Athenienses itaque anxii sunt quid vel Philippo vel civitatibus respondeant. Nam et Lacedæmoniis benevoli sunt, et Argivorum ac Messeniorum cum Philippo conspirationem oderunt et suspectam habent, neque tamen possunt pronunciare rectè facere Lacedæmonios. Jam quòd ad Philippum attinet, etsi spe frustrati sunt, non tamen videntur ab eo esse decepti. Philippus enim neque ullam pollicitationem epistolis inscripsit, neque per suos legatos quicquam promisit; sed Atheniensium quidam in spem populum erexerant fore ut Philippus Phocenses conservaret et Thebanorum ferociam retunderet. Propterea Demosthenes responsionum factâ mentione, se eas daturum pollicetur, sed justum esse ait ut ab hujus difficultatis autoribus exigantur responsiones, ab eis nimirùm qui populum deceperint et Pylas Philippo aperuerint. Quibus verbis obscurè perstringit Æschinem, jam tùm, ut aiunt, iniquè obitæ legationis adversùs eum parans actionem quam postea intendit, eumque jam antè apud Athenienses criminatus.

---

l. 18. κατ' abest à codd. Dd et Ee.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ὍΤΑΝ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγοι γίγνωνται περὶ ὧν Φίλιππος πράττει καὶ βιάζεται παρὰ τὴν εἰρήνην ἀεὶ, τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λόγους καὶ δικαίους καὶ φιλανθρώπους ὁρῶ φαινομένους, καὶ λέγειν μὲν ἅπαντας ἀεὶ τὰ δέοντα δοκοῦντας τοὺς κατηγοροῦντας Φιλίππου, γιγνόμενον δ᾽ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν δεόντων, οὐδ᾽ ὧν εἵνεκα ταῦτα ἀκούειν ἄξιον· ἀλλ᾽ εἰς τοῦτο ἤδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πράγματα τῇ πόλει, ὥστε ὅσῳ τις ἂν μᾶλλον καὶ φανερώτερον ἐξελέγχῃ Φίλιππον, καὶ τὴν πρὸς ὑμᾶς εἰρήνην παραβαίνοντα, καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύοντα, τοσούτῳ τὸ τί χρὴ ποιεῖν συμβουλεῦσαι χαλεπώτερον εἶναι. Αἴτιον δὲ τούτων, ὅτι πάντας, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς πλεονεκτεῖν ζητοῦντας, ἔργῳ κωλύειν καὶ πράξεσιν, οὐχὶ λόγοις, δέον, πρῶτον μὲν ἡμεῖς οἱ παριόντες, τούτων μὲν ἀφέσταμεν, καὶ γράφειν καὶ συμβουλεύειν, διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν, ὀκνοῦντες, οἷα ποιεῖ δὲ ὡς δεινὰ καὶ χαλεπὰ, καὶ τοιαῦτα διεξερχόμεθα· ἔπειθ᾽

l. 3. vulg. ὑπὲρ ἡμῶν : dedi ὑπὲρ ὑμῶν ex codd. U et Dd.

ORATIO SECUNDA

CONTRA PHILIPPUM.

Exordium.

Quum verba fiunt, Athenienses, de iis quæ Philippus perpetuò et violenter agit contrà pacem, vestri defensiones et æquas et humanas existimari video, semperque probari orationes eorum qui Philippum accusårint: at, ut ingenuè dicam, nihil rectè geri, aut ejusmodi propter quod illas operæ prætium sit audire; sed eò jam redactam esse totam rempublicam, ut quò magis et evidentiùs demonstratum fuerit Philippum pacem nobiscum factam violare, et Græcis omnibus insidiari, eò difficilius sit suadere quid agi conveniat. Cujus rei hæc causa est, quòd quum, Athenienses, omnes ii qui plus æquo concupiscunt, factis non verbis coercendi sint, primùm nos qui suggestum conscendimus, ab his abstinentes scribere et suadere, metu vestræ offensionis, dubitemus, quæ verò ille designet quàm atrocia et gravia, et alia ejus generis, com-

Digitized by Google

ὑμεῖς οἱ καθήμενοι, ὡς μὲν ἂν εἴποιτε δικαίους λόγους, καὶ λέγοντος ἄλλου συνίετε, ἄμεινον Φιλίππου παρεσκεύασθε, ὡς δὲ κωλύσαιτ' ἂν ἐκεῖνον πράττειν ταῦτα ἐφ' ὧν ἐστι νῦν, παντελῶς ἀργῶς ἔχετε. Συμβαίνει δὴ πρᾶγμα ἀναγκαῖον, οἶμαι, καὶ ἴσως εἰκός· ἐν οἷς ἑκάτεροι διατρίβετε, καὶ περὶ ἃ σπουδάζετε, ταῦτ' ἄμεινον ἑκατέροις ἔχει, ἐκείνῳ μὲν αἱ πράξεις, ὑμῖν δ' οἱ λόγοι. Εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν λέγειν δικαιότερα ὑμῖν ἐξαρκεῖ, ῥᾴδιον, καὶ πόνος οὐδεὶς πρόσεστι τῷ πράγματι· εἰ δ' ὅπως τὰ παρόντα ἐπανορθωθήσεται, δεῖ σκοπεῖν, καὶ μὴ προελθόντα ἔτι πορρωτέρω λήσει πάντας ἡμᾶς, μηδ' ἐπιστήσεται μέγεθος δυνάμεως, πρὸς ἣν οὐδ' ἀντᾶραι δυνησόμεθα, οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος, ὅσπερ πρότερον, τοῦ βουλεύσασθαι· ἀλλὰ καὶ τοῖς λέγουσιν ἅπασι, καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὑμῖν, τὰ βέλτιστα καὶ τὰ σώσοντ' ἀντὶ τῶν ῥᾴστων καὶ τῶν ἡδίστων προαιρετέον.

Πρῶτον μὲν οὖν εἴ τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαῤῥεῖ, ὁρῶν ἡλίκος ἤδη καὶ ὅσων κύριός ἐστι Φίλιππος, καὶ μηδένα οἴεται κίνδυνον φέρειν τοῦτο τῇ πόλει, μηδ' ἐφ' ὑμᾶς πάντα ταῦτα παρασκευάζεσθαι, θαυμάζω, καὶ δεηθῆναι πάντων ὁμοίως ὑμῶν βούλομαι, τοὺς λογισμοὺς ἀκοῦσαί μου διὰ βραχέων, δι' οὓς τὰ ἐναντία μοι παρέστηκε προσδοκᾶν,

l. 8 et 9. pro ἔχειν in vulg. legi ἔχει, viris doctis monenti-

Digitized by Google

memoremus : deindè vos auditores ad æqua cùm à vobis dicenda, tùm dicente alio intelligenda, meliùs Philippo instructi estis, dùm ad ejusdem consilia in quibus nunc versatur prohibenda omninò estis ignavi. Evenit igitur res necessaria, opinor, nec minùs consentanea: quibus utrique studetis, et in quibus estis occupati, in iis utrique ut excellatis, vos orationibus, ille actionibus. Quòd si nunc æquiora dicere vobis sufficit, id facile est quidem nulloque labore constat; sin providendum est ut hic status rerum corrigatur, nec nobis omnibus insciis ruat in deterius, neve ità excrescat Philippi potentia ut cum eâ ne congredi quidem possimus, non eadem ratio est, quæ priùs fuit, consulendi; sed et oratores omnes et vos auditores oportebit optima et salutaria facillimis et jucundissimis anteferre.

Primùm igitur, si quis, Athenienses, securus degit quum videat quantus jam, et quàm multis potitus sit Philippus, et nullum putat ex eo periculum civitati impendere, neque contrà vos hæc omnia comparari; miror equidem, et vos omnes pariter oratos volo ut rationes meas paucis audiatis, quibus adductus contrarium judi-

---

bus : alioqui legendum esset τὰς πράξεις et τοὺς λόγους.

καὶ δι' οὓς ἐχθρὸν ἡγοῦμαι Φίλιππον· ἵν', ἐὰν μὲν ἐγὼ δοκῶ βέλτιον τῶν ἄλλων προορᾶν, ἐμοὶ πεισθῆτε· ἐὰν δ' οἱ θαῤῥοῦντες καὶ πεπιστευκότες αὐτῷ, τούτοις πρόσθησθε.

Ἐγὼ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λογίζομαι, τίνων ὁ Φίλιππος κύριος πρῶτον μετὰ τὴν εἰρήνην κατέστη, Πυλῶν, καὶ τῶν ἐν Φωκεῦσι πραγμάτων. Τί οὖν; πῶς τούτοις ἐχρήσατο; ἃ Θηβαίοις συμφέρει, καὶ οὐχ ἃ τῇ πόλει, πράττειν προείλετο. Τί δήποτε; ὅτι πρὸς πλεονεξίαν, οἶμαι, καὶ τὸ πανθ' ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τοὺς λογισμοὺς ἐξετάζων, καὶ οὐ πρὸς εἰρήνην, οὐδ' ἡσυχίαν, οὐδὲ δίκαιον οὐδὲν, οἶδε τοῦτο ὀρθῶς, ὅτι τῇ μὲν ἡμετέρᾳ πόλει, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἤθεσιν, οὐδὲν ἂν ἐνδείξαιτο τοιοῦτον, οὐδὲ ποιήσειεν, ὑφ' οὗ πεισθέντες ὑμεῖς, τῆς ἰδίας ἕνεκα ὠφελείας, τῶν ἄλλων τινὰς Ἑλλήνων ἐκείνῳ πρόοισθε· ἀλλὰ καὶ τοῦ δικαίου λόγον ποιούμενοι, καὶ τὴν προσοῦσαν ἀδοξίαν τῷ πράγματι φεύγοντες, καὶ πάνθ' ἃ προσήκει προορώμενοι, ὁμοίως ἐναντιώσεσθε ἄν τι τοιοῦτον ἐπιχειρῇ πράττειν, ὥσπερ ἂν εἰ πολεμοῦντες τύχοιτε. Τοὺς δὲ Θηβαίους ἡγεῖτο, ὅπερ συνέβη, ἀντὶ τῶν ἑαυτοῖς γιγνομένων, τὰ λοιπὰ

---

l. 1. pro δι'ὃν emendavi cum Reiskio δι' οὓς, quod solum verum esse et genuinum arbitror.

l. 16 et 17. vulg. πρόησθε: prætuli πρόοισθε ex autoritate

cem, et hostem esse Philippum arbitrer: ut si meliùs aliis ego prospicere videbor, mihi obtemperetis; sin isti securi et Philippo confidentes rectiùs sentire videbuntur, iis assentiamini.

Confirmatio.

1°. Namque ego, Athenienses, considero quæ Philippus statim post pacem occupàrit, Thermopylas et phocensem regionem. Quid igitur? quomodo his usus est? Quæ Thebanis expediunt, non quæ reipublicæ nostræ agere instituit. Cur tandem? quòd, opinor, quum ad opes quoquo modo augendas, non ad pacem, neque ad tranquillitatem, neque ad quidpiam æqui sua consilia referret, hoc rectè noverit se nostræ civitati nostrisque institutis nihil ejusmodi posse vel polliceri vel præstare, quo adducti vos, privati emolumenti gratià, ceterorum Græcorum aliquos ipsi condonetis; sed et justitiæ studio, et conjunctæ cum eà re ignominiæ fugà, et providentià rerum omnium quæ decent, non secùs ipsi adversaturos, si quid tale conaretur, ac si adhuc bellum cum ipso gereretis. Thebanos autem putabat, id quod accidit, pro iis quæ

codicum K, L, M, N. Aliqui codd. legunt πρόεισθε, aliqui προήσεσθε.

ἐάσειν ὅπως βούλεται πράττειν αὐτὸν, καὶ οὐχ ὅπως ἀντιπράξειν καὶ διακωλύσειν, ἀλλὰ καὶ συστρατεύσειν ἂν αὐτοὺς κελεύῃ. Καὶ νῦν τοὺς Μεσσηνίους καὶ τοὺς Ἀργείους, ταῦτα ὑπειληφὼς, εὖ ποιεῖ. Ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Κέκρισθε γὰρ ἐκ τούτων τῶν ἔργων, μόνοι τῶν πάντων μηδενὸς ἂν κέρδους τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων προέσθαι, μηδὲ ἀνταλλάξασθαι μηδεμιᾶς χάριτος μηδ' ὠφελείας τὴν εἰς τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν.

Καὶ μὴν ταῦτ' εἰκότως καὶ περὶ ὑμῶν οὕτως ὑπείληφε, καὶ κατ' Ἀργείων καὶ Θηβαίων ὡς ἑτέρως, οὐ μόνον εἰς τὰ παρόντα ὁρῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ τούτων λογιζόμενος. Εὑρίσκει γὰρ, οἶμαι, καὶ ἀκούει τοὺς μὲν ὑμετέρους προγόνους, ἐξὸν αὐτοῖς τῶν λοιπῶν ἄρχειν Ἑλλήνων, ὥστ' αὐτοὺς ὑπακούειν βασιλεῖ, οὐ μόνον οὐχ ἀνασχομένους τὸν λόγον τοῦτον, ἡνίκα ἦλθεν Ἀλέξανδρος, ὁ τούτων πρόγονος, περὶ τούτων κῆρυξ· ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν προελομένους, καὶ παθεῖν ὁ, τιοῦν ὑπομείναντας, καὶ

---

l. 3. potest servari αὐτοὺς, sed malim αὐτὸς cum Reiskio. Solus cod. M dat αὐτὸς, sed ν in τους videtur expunctum posteriore manu.

l. 4. pro ταῦτα proponit Volfius ταυτὰ, *eadem.*

l. 5. καθ' ὑμῶν: hic κατὰ cum genitivo accipitur in bonam partem, quasi legeretur ὑπὲρ ὑμῶν.

ab ipso accepissent, passuros ut suo arbitratu cetera administraret, et adeò non contraventuros et prohibituros, ut armis etiam essent adjuturi, si jussisset. Et nunc eodem consilio, de Messeniis et Argivis benè meretur. Quæ maxima vestra laus est, Athenienses. Ex his quippè judicamini vos ità esse comparati, ut nullius emolumenti causâ Græcorum jura deseratis, neque ullâ gratiâ ulloque commodo benevolentiam ergà Græcos commutetis.

Atque adeò jure et de vobis ità sentit, et de Argivis ac Thebanis aliter; non in hæc modò tempora intuens, verùm et superiora considerans. Legit enim nimirùm et audit vestros majores, quum eis liceret ità reliquis Græcis imperare ut ipsi Persarum regi parerent, eam conditionem non modò esse aspernatos, quum Alexander, istorum proavus, eâ de re nuncius venisset, sed et urbem deserere maluisse, et

---

l. 12. ὡς vacat antè *ἑτέρως*, sicuti *quàm* apud Latinos antè superlativum.

l. 18. τούτων, *istorum*, i. e. regum macedonicorum, Amyntæ, Philippi, et reliquorum. Nonnulli codd. dant τούτου, *istius*, i. e. solius Philippi. Harpocratio dat τούτων ut vulgata, hunc locum commemorans in voce Ἀλέξανδρος, ubi, qui ille fuerit docet.

μετὰ ταῦτα πράξαντας ταῦθ᾽ ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ᾽ εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται· διόπερ κἀγὼ παραλείψω· δικαίως, ἔστι γὰρ μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι· τοὺς δὲ Θηβαίων καὶ Ἀργείων προγόνους, τοὺς μὲν συστρατεύσαντας τῷ Βαρβάρῳ, τοὺς δ᾽ οὐκ ἐναντιωθέντας. Οἶδεν οὖν ἀμφοτέρους, ἰδίᾳ τὸ λυσιτελοῦν ἀγαπήσοντας, οὐχ ὅ, τι συνοίσει κοινῇ τοῖς Ἕλλησι σκεψομένους. Ἡγεῖτο οὖν, εἰ μὲν ὑμᾶς ἕλοιτο φίλους, ἐπὶ τοῖς δικαίοις αἱρήσεσθαι· εἰ δ᾽ ἐκείνοις πρόσθοιτο, συνεργοὺς ἕξειν τῆς αὑτοῦ πλεονεξίας. Διὰ ταῦτ᾽ ἐκείνους ἀνθ᾽ ὑμῶν καὶ τότε καὶ νῦν αἱρεῖται. Οὐ γὰρ δὴ τριήρεις γε ὁρᾷ πλείους αὐτοῖς ἢ ὑμῖν ἐνούσας· οὐδ᾽ ἐν μὲν τῇ μεσογείᾳ τινὰ ἀρχὴν εὕρηκε, τῆς δ᾽ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ καὶ τῶν ἐμπορίων ἀφέστηκεν· οὐδ᾽ ἀμνημονεῖ τοὺς λόγους, οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις ἐφ᾽ αἷς τῆς εἰρήνης ἔτυχεν.

Ἀλλά, νὴ Δία, εἴποι τις ἂν ὡς πάντα ταῦτα εἰδώς, οὐ πλεονεξίας ἕνεκεν, οὐδ᾽ ὧν ἐγὼ κατηγορῶ, τότε ταῦτ᾽ ἔπραξεν, ἀλλὰ τῷ δικαιότερα ἀξιοῦν τοὺς Θηβαίους ἢ ἡμᾶς.

Ἀλλὰ τοῦτον καὶ μόνον τῶν λόγων πάντων, οὐκ

---

l. 20 et 21. vulg. δικαιοτέρους: non pauci codd. habent δικαιότερα, quam lectionem in textum admisimus. Codd. K et M sic legunt τῷ δικαιότερα τοὺς Θηβαίους ἢ ἡμᾶς ἀξιοῦν.

nullas pati ærumnas recusasse, easque res gessisse postea, quas ut omnes celebrare perpetuò gestiunt, sic pro dignitate ornare nemo potuit: quà de causà illas ego etiam haud immeritò præteribo; majora quippè sunt illorum facinora quàm quæ oratione explicentur. At Thebanorum et Argivorum majores cognovit, illos in exercitu fuisse Barbarorum, hos eis non esse adversatos. Intellexit igitur privato commodo contentos utrosque communem Græciæ utilitatem non spectaturos. Proindè se putavit, si vos amicos eligeret, propter justitiam fuisse electurum; sin illis se adjunxisset, adjutores habiturum suæ cupiditatis. Ob hæc illos vobis et olim prætulit et nunc præfert. Neque enim triremes eis plures adesse videt quàm vobis; neque, quum in mediterraneis quoddam sibi quæsiverit imperium, maritima imperia portusque contemnit; neque oblitus est orationum et pollicitationum per quas pacem impetravit.

2°. At, per Jovem, dicet aliquis illum scire hæc omnia, neque ob cupiditatem, neque eas ob causas quas ego criminer tùm hæc egisse, sed quòd æquiora quàm nos Thebani postularent.

Verùm hanc causam solam ex omnibus ei nunc

ἔνεστ' αὐτῷ νῦν εἰπεῖν. Ὁ γὰρ Μεσσήνην Λακεδαιμονίους ἀφιέναι κελεύων, πῶς ἂν Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν τότε Θηβαίοις παραδοὺς, τῷ δίκαια νομίζειν ταῦτ' εἶναι, πεποιηκέναι σκήψαιτο;

Ἀλλ' ἐβιάσθη, νὴ Δία· τοῦτο γὰρ ἔσθ' ὑπόλοιπον· καὶ παρὰ γνώμην, τῶν Θετταλῶν ἱππέων καὶ τῶν Θηβαίων ὁπλιτῶν ἐν μέσῳ ληφθεὶς, συνεχώρησε ταῦτα. Καλῶς. Οὐκοῦν φασὶ μὲν μέλλειν πρὸς τοὺς Θηβαίους αὐτὸν ὑπόπτως ἔχειν, καὶ λογοποιοῦσί τινες περιιόντες ὡς Ἐλάτειαν τειχιεῖ. Ὁ δὲ ταῦτα μὲν μέλλει, καὶ μελλήσει γε, ὡς ἐγὼ κρίνω· τοῖς Μεσσηνίοις δὲ καὶ τοῖς Ἀργείοις ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους συνεισβάλλειν οὐ μέλλει, ἀλλὰ καὶ ξένους εἰσπέμπει, καὶ χρήματ' ἀποστέλλει, καὶ δύναμιν μεγάλην ἔχων αὐτός ἐστι προσδόκιμος. Τοὺς μὲν οὖν ὄντας ἐχθροὺς Θηβαίων Λακεδαιμονίους ἀναιρεῖ, οὓς δ' ἀπώλεσεν αὐτὸς πρότερον Φωκέας νῦν σώζει. Καὶ τίς ἂν ταῦτα πιστεύσειεν; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἡγοῦμαι Φίλιππον, οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἂν εἰ νῦν ἀπεγίνωσκε Θηβαίους, τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι·

---

l. 1 et 2. vulg. Λακεδαιμονίοις: prætuli Λακεδαιμονίους, et ità legitur in multis codicibus.

l. 18 et 19. vulg. οὐδ' ἄν: correxi οὐκ ἂν ex autoritate codicis Dd, qui hunc locum sic legit, ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι οὐκ

Digitized by Google

prætexere non licet. Qui enim Lacedæmonios Messenam jubet relinquere, quo pacto qui tùm tradidit Thebanis Orchomenum et Coroneam, se hæc fecisse simulabit quòd æqua esse existimaret.

At coactus est, per Jovem (hoc enim restat dicendum), et præter animi sui sententiam, thessalico exercitu thebanisque legionibus circumventus, hæc concessit. Benè. Proindè dicunt Thebanos ei suspectos fore, et fabulantur quidam passìm eum Elateam muniturum. Is verò hæc facturus est, et diù, ut ego reor, facturus est: cum Messeniis autem et Argivis Lacedæmonios non aggressurus est, sed et milites jam eò mittit, et pecuniam suppeditat, et ipse cum magno exercitu expectatur. Eos igitur qui Thebanorum hostes sunt Lacedæmonios evertit, quos verò priùs ipse perdidit Phocenses, nunc restituit in integrum! ecquis ista credat? Equidem arbitror Philippum, neque si primùm fecisset coactus, neque si nunc illis diffideret, illorum hostibus continenter adversaturum: sed

---

ἂν Φίλιππον. Bav. codex, inquit Reiskius, dat οὐκ ἂν in textu et οὐδ᾽ ἂν ad marginem.

l. 20. hic ἂν vacat, et velim abesse, nisi scirem apud scriptores atticos non raró particulam ἂν iterari.

ἀλλ' ἀφ' ὧν νῦν ποιεῖ, κἀκεῖνα ἐκ προαιρέσεως δῆλός ἐστι ποιήσας.

Ἐκ πάντων δ' ἄν τις ὀρθῶς θεωροίη, ὅτι πάντα πραγματεύεται κατὰ τῆς πόλεως συντάττων. Καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης τρόπον τινὰ αὐτῷ νῦν γε δὴ συμβαίνει. Λογίζεσθε γάρ· ἄρχειν βούλεται, τούτου δ' ἀνταγωνιστὰς μόνους ὑπείληφεν ὑμᾶς. Ἀδικεῖ πολὺν ἤδη χρόνον· καὶ τοῦτο αὐτὸς ἄριστα σύνοιδεν ἑαυτῷ. Οἷς γὰρ οὖσιν ἡμετέροις ἔχει χρῆσθαι, τούτοις πάντα τὰ ἄλλα ἀσφαλῶς κέκτηται. Εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν πρόειτο, οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο. Ἀμφότερα οὖν οἶδε, καὶ ἑαυτὸν ὑμῖν ἐπιβουλεύοντα, καὶ ὑμᾶς αἰσθανομένους. Εὖ φρονεῖν δ' ὑμᾶς ὑπολαμβάνων, δικαίως ἂν αὐτὸν μισεῖν νομίζοι, καὶ παρώξυνται, πείσεσθαί τι κακὸν προσδοκῶν, ἐὰν καιρὸν λάβητε, ἐὰν μὴ πρότερος φθάσῃ ποιήσας. Διὰ ταῦτ' ἐγρήγορεν, ἐφέστηκεν ἐπὶ τῇ πόλει, θεραπεύει τινὰς Θηβαίων, καὶ Πελοποννησίων τοὺς ταυτὰ βουλομένους τούτοις. Οὓς διὰ μὲν πλεονεξίαν, τὰ παρόντα ἀγαπήσειν οἴεται· διὰ δὲ σκαιότητα τρόπων, τῶν μετὰ ταῦτα οὐδὲν προόψεσθαι.

---

l. 3. vulg. ἐκ πάντων δ' τις θεωροίη : emendavi ut legitur, juxtà autoritatem multorum codicum, juxtà ed. Par. et Fel.

l. 16. vulg. πρότερον : prætuli πρότερος, quod dant multi codd.

ex his quæ nunc facit, illa etiam ex consilio se fecisse declarat.

3°. Atqui ex his omnibus aliquis rectè æstimaverit eum hæc instruere et moliri contrà nostram rempublicam; idque nunc ei necessariò quodammodo usuvenit. Sic enim cogitate. Imperare vult; hujus autem rei vos solos existimat adversarios. Injurius est in vos longo jam tempore, ut ipse sibi est optimè conscius, siquidem iis quæ nobis erepta tenet, utitur ad cetera omnia securè possidenda. Nam si Amphipolim amitteret et Potidæam, nec domi se tutò posse manere arbitraretur. Utrumque igitur novit, et se vobis insidiari, et vos id animadvertere. Quum autem vos cordatos esse autumet, se jure vobis odio esse putat, et concitatus est, malum se accepturum ratus, si occasionem nanciscamini, et nisi ipse anteverterit. Propterea vigilat, colit Thebanorum quosdam, et eos Peloponnenses qui eadem cum illis sentiunt: quos ut propter cupiditatem præsentibus acquieturos autumat, sic propter ingenii stuporem nihil eorum quæ futura sunt prospecturos.

---

l. 19. pro τούτῳ accepi ex multis codicibus et Fel., τούτοις quod refero ad Thebanos.

Καίτοι σωφρονοῦσί γε καὶ μετρίως, ἐναργῆ παραδείγματά ἐστιν ἰδεῖν, ἃ καὶ πρὸς Μεσσηνίους καὶ πρὸς Ἀργείους ἔμοι γ' εἰπεῖν συνέβη, βέλτιον δ' ἴσως ἐστὶ καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰρῆσθαι.

Πῶς γὰρ οἴεσθε, ἔφην ὦ ἄνδρες Μεσσήνιοι, δυσχερῶς ἀκούειν Ὀλυνθίους, εἴ τις λέγοι κατὰ Φιλίππου, κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὅτ' Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς ἠφίει, οὗ πάντες οἱ πρότερον Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντεποιοῦντο. Ποτίδαιαν δὲ ἐδίδου, τοὺς Ἀθηναίων ἀποίκους ἐκβαλών· καὶ τὴν μὲν ἔχθραν τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτὸς ἀνῄρητο, τὴν χώραν δ' ἐκείνοις ἐδεδώκει καρποῦσθαι; ἆρα προσδοκᾶν αὐτοὺς τοιαῦτα πείσεσθαι, ἢ λέγοντος ἄν τινος πιστεῦσαι; οὐκ οἴεσθέ γε. Ἀλλ' ὅμως, ἔφην ἐγω, μικρὸν χρόνον τὴν ἀλλοτρίαν καρπωσάμενοι, πολὺν τῆς ἑαυτῶν ὑπ' ἐκείνου στέρονται, αἰσχρῶς ἐκπεσόντες, οὐ κρατηθέντες μόνον, ἀλλὰ καὶ προδοθέντες ὑπ' ἀλλήλων καὶ πραθέντες. Οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται αἱ λίαν ὁμιλίαι. Τί δ' οἱ Θετταλοί; ἆρ' οἴεσθε, ἔφην, ὅτε αὐτῶν τοὺς τυράννους ἐξέβαλε, καὶ πάλιν Νίκαιαν καὶ Μαγνησίαν ἐδίδου, προσδοκᾶν τὴν καθεστῶσαν

---

l. 10. ἀποίκους: aliqui codd. et Fel. dant ἐποίκους.

l. 18. αἱ abest à vulgatâ: addidi, monente Reiskio. Hic multùm variant codices; in pluribus legitur ut in vulgatâ, deest

4°. Attamen si qui sapiunt vel mediocriter, iis evidentia occurrunt exempla, quæ mihi contigit apud Argivos referre et Messenios, nec forsan abs re erit vobis nunc exponere.

Quàm ægrè, inquiebam, Messenii, audituros fuisse putatis Olynthios, si quis quid dixisset in Philippum illis temporibus quum Anthemuntem eis concederet, quam urbem sibi omnes priores Macedoniæ reges vindicabant; quum iisdem Potidæam donaret, Atheniensium colonis ejectis; quum et nostras ipse susciperet inimicitias, et regionem illis fruendam daret? Numquid eos putatis expectasse ità secum actum iri, aut aliquo dicente credituros? non sanè putatis. Sed tamen, inquiebam, quum exiguo tempore alienæ terræ fructus percepissent, longo jam suâpte privantur à Philippo, ejecti turpiter, non victi tantùm, sed et proditi alii ab aliis et venditi. Neque enim tuta est liberis civitatibus nimia ista cum tyrannis familiaritas. Quid porrò Thessali? num putatis, inquiebam, quum ipsorum ille ejiceret tyrannos, et rursùs quum Nicæam et Magnesiam daret, eos expectasse apud se fore

---

in aliquibus λίαν, in aliquibus αὐταί.

Digitized by Google

νῦν δεκαδαρχίαν ἔσεσθαι παρ᾽ αὐτοῖς; ἢ τὴν Πυλαίαν ἀποδόντα, τούτων τὰς ἰδίας αὐτῶν προσόδους παραιρήσεσθαι; οὐκ ἔστι ταῦτα. Ἀλλὰ μὴν γέγονε ταῦτα, καὶ πᾶσίν ἐστιν εἰδέναι. Ὑμεῖς δ᾽, ἔφην ἐγὼ, διδόντα μὲν καὶ ὑπισχνούμενον θεωρεῖτε Φίλιππον· ἐξηπατηκότα δ᾽ ἤδη καὶ παρακεκρουσμένον ἀπεύχεσθε, ἂν σωφρονῆτ᾽, ἰδεῖν. Ἔστι τοίνυν, νὴ Δι᾽, ἔφην ἐγὼ, παντοδαπὰ εὑρημένα ταῖς πόλεσι πρὸς φυλακὴν καὶ σωτηρίαν, οἷον χαρακώματα, καὶ τείχη, καὶ τάφροι, καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα χειροποίητα, καὶ δαπάνης πολλῆς προσδεῖται· ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὖ φρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον, ὃ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον, μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; ἀπιστία. Ταύτην φυλάττετε, ταύτης ἀντέχεσθε· ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε. Τί οὖν ζητεῖτε, ἔφην; ἐλευθερίαν; εἶτ᾽ οὐχ ὁρᾶτε Φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσ-

---

l. 1. mihi videtur δεκαδαρχίαν mendum esse manifestum, et legendum τετραρχίαν. Thessalia enim divisa erat in quatuor gentes, in quibus singulis Philippus collocaverat præfectum aliquem vel *tetrarcham*. Philippus, inquit Harpocratio ad vocem δεκαδαρχία, apud Thessalos non constituit δεκαδαρχίας, ut scriptum est in Philippicâ sextâ Demosthenis, sed tetrarchias. Observat tamen Reiskius, ut vulgatam tueatur, potuisse fieri ut Philippus, qui res novavit in Thessaliâ, præfecturarum

tetrarchiam illam nunc constitutam, aut qui jus Thermopylarum ipsis reddidisset, eum privatos ipsorum reditus intercepturum? non certè hæc expectabant. Sed tamen hæc ſacta sunt; et omnibus licet videre. Vos autem, inquiebam, largientem et pollicentem videtis Philippum, à diis precamini, si sapitis, ne videatis modò illum vos decepisse et in fraudem pellexisse. Sunt proſectò, inquiebam, sunt reperta plurima et varia ad urbium custodiam et salutem, veluti aggeres et mœnia et fossæ, et alia ejusmodi, quæ omnia manu fiunt, et magnos sumptus postulant. Unum autem quoddam commune prudentium animus in semetipso possidet præsidium, quod cùm omnibus bonum est et salutare, tùm maximè liberis civitatibus contrà tyrannos. Quodnam igitur illud est? diffidentia. Hanc servate, hanc amplectimini; hanc si non omiseritis, eritis jam extrà omne periculum. Quid enim quæritis? inquiebam. Libertatem? An verò non videtis Philippum alienissimas huic vel appellationes

---

ibi numerum auxerit. Sed ipse Demosthenes in Philippicà tertià loquitur de tetrarchiis apud Thessalos à Philippo constitutis.

l. 16. ἀπεύχεσθε: aliqui codd. dant ἀπεύξεσθε, aliqui ἀπεύξασθε.

ηγορίας ἔχοντα; βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος. Οὐ φυλάξεσθε, ἔφην, ὅπως μὴ πολέμου ζητοῦντες ἀπαλλαγῆναι, δεσπότην εὕρητε;

Ταῦτα ἀκούσαντες ἐκεῖνοι, καὶ θορυβοῦντες ὡς ὀρθῶς λέγεται, καὶ πολλοὺς ἑτέρους λόγους καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων, καὶ παρόντος ἐμοῦ, καὶ πάλιν ὕστερον, ἀκούσαντες, ὡς ἔοικεν· οὐδὲν μᾶλλον ἀποσχήσονται τῆς Φιλίππου φιλίας, οὐδ' ὧν ἐπαγγέλλεται. Καὶ οὐ τοῦτό ἐστιν ἄτοπον, εἰ Μεσσήνιοι καὶ Πελοποννησίων τινὲς, παρ' ἃ τῷ λογισμῷ βέλτισθ' ὁρῶσι, τι πράξουσιν· ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καὶ συνιέντες αὐτοὶ, καὶ τῶν λεγόντων ἀκούοντες ἡμῶν, ὡς ἐπιβουλεύεσθε, ὡς περιστοιχίζεσθε, ἐκ τοῦ μηδὲν ἤδη ποιῆσαι, λήσετε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες. Οὕτως ἡ παραυτίκα ἡδονὴ καὶ ῥᾳστώνη μεῖζον ἰσχύει τοῦ πόθ' ὕστερον συνοίσειν μέλλοντος.

Περὶ μὲν δὴ τῶν ὑμῖν πρακτέων, καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον βουλεύσεσθε, ἂν σωφρονῆτε· ἃ δὲ νῦν

---

l. 3. multi codd. transponunt, transposui et ego ἔφην quod in vulg. ponitur post ὅπως.

l. 7. παρὰ τῶν πρέσβεων, à legatis, nempè ab iis qui unà cum Demosthene ad Messenios legati fuerant, et quos Demosthenes illic reliquit priùs discedens ob causam nobis ignotam. Pro πρέσβεων velit Reiskius συμπρέσβεων.

l. 12. vulg. ὑμεῖς αὐτοί: delevi hoc αὐτοὶ, quod abest à

habere? Rex enim et tyrannus omnis libertatis inimicus est et legibus infestus. Non cavebitis, inquiebam, ne, dùm quæritis belli finem, dominum inveniatis?

Quamvis hæc illi audierint, et ut rectè dictis applauserint, et multas etiam alias orationes à legatis, et præsente me, et denuò post, ut probabile est, habitas, nihilomagis avellentur à Philippi amicitiâ ejusque pollicitationibus. Neque hoc absurdum si Messenii et Poloponnenses quidam contrà ea quæ animo optima esse perspiciunt, aliquid egerint; sed vos ipsi, qui et ipsi intelligitis et nos dicentes auditis, vobis fieri insidias, vos circumvallari, vos ipsi, inquam, quæ vestra est inertia, omnibus his, ut mihi videtur, nec opinantes opprimemini. Adeò brevis voluptas et otium plus valet apud vos quàm secutura utilitas!

5°. Ac de iis quidem quæ vobis agenda sint, ipsi deinceps deliberabitis seorsim, si sapietis:

---

nonnullis codd. et ab ed. Par.

l. 14. vulg. περιτειχίζεσθε: prætuli περιστοιχίζεσθε ex multis codd. acceptum.

l. 15. ποιῆσαι: Reiskius dat ποιεῖν quod habent aliqui codices.

ἀποκρινάμενοι τὰ δέοντ' ἂν εἶητ' ἐψηφισμένοι, ταῦτ' ἤδη λέξω.

Ἦν μὲν οὖν δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς ἐνεγκόντας τὰς ὑποσχέσεις, ἐφ' αἷς ἐπείσθητε ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, καλεῖν. Οὔτε γὰρ αὐτὸς ἄν ποτε ὑπέμεινα πρεσβεύειν, οὔτε ἂν ὑμεῖς εὖ οἶδ' ὅτι ἐπαύσασθε πολεμοῦντες, εἰ τοιαῦτα πράξειν τυχόντα τῆς εἰρήνης Φίλιππον ᾤεσθε. Ἀλλ' ἦν πολὺ τούτων ἀφεστηκότα τὰ τότε λεγόμενα. Καὶ πάλιν γ' ἑτέρους καλεῖν. Τίνας; τοὺς, ὅτ' ἐγὼ, γεγονυίας ἤδη τῆς εἰρήνης, ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἥκων πρεσβείας, τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, αἰσθόμενος φενακιζομένην τὴν πόλιν, προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην, καὶ οὐκ εἴων προέσθαι Πύλας, οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπος εἰμί τις ἄνθρωπος, Φίλιππος δὲ ἅπερ εὔξαισθ' ἂν ὑμεῖς, ἐὰν παρέλθῃ, πράξει, καὶ Θεσπιὰς μὲν καὶ Πλαταιὰς

l. 1 et 2. Interpretatus sum quasi pro ἀποκρινάμενοι legeretur ἀνακρινάμενοι, *judicium habentes*, *quaestionem habentes*, aut ἀποκρινάμενοι posset eo sensu accipi. Credebam me ex Libanii argumento ad hanc orationem, aliquid desumpturum auxilii, undè elucidarem hunc locum valdè obscurum. Sed hæ voces ταῦτ' ἤδη λέξω, quæ declarant oratorem mox locuturum esse de dandis responsionibus legatis à Philippo, ut Libanius existimat, quum tamen de hâc re non exin loquatur, sed de aliâ prorsùs dissimili, hæ voces, inquam, difficultatem inte-

Digitized by Google

quæ verò nunc in judicium adducentes, æqua et utilia decreveritis, ea jam dicam.

AEquum esset, ô Athenienses, eos qui pollicitationes attulerunt quibus adducti pacem fecistis, in jus vocari. Neque enim ipse sustinuissem unquam obire legationem, neque vos, satis scio, desiissetis bellum gerere, si ità acturum Philippum, pace impetratâ, putassetis. Nam multùm ab his dissidebant ea quæ tunc dicebantur. Et rursùs alios in jus vocari esset æquum. Quosnam eos qui dicebant, quum ego, factâ jam pace, à posteriore legatione quæ ad exigendum jusjurandum missa erat, reversus, fucum reipublicæ fieri animadvertens, hæc prædicebam, et intercedebam, nec Pylas atque Phocenses omitti sinebam; eos, inquam, qui dicebant, me qui aquam potarem non injuriâ difficilem et morosum esse hominem, Philippum verò quod optaretis vos, si intrà Pylas progressus esset, facturum, et Thespias Platæasque

---

gram et spissas æquè tenebras relinquunt.

l. 10. vulg. τοὺς λέγοντας, ὅτ' ἐγώ: Aldus omisit omninò λέγοντας, Volſius transtulit contrà codicum omnium autoritatem, qui hanc vocem ponunt post Φωκέας.

l. 16. vulg. ὅπερ: prætuli cum Reiskio ἅπερ, quam lectionem confirmant codd. L, M, N, R, Dd.

Digitized by Google

τειχιεῖ, Θηβαίους δὲ παύσει τῆς ὕβρεως, Χεῤῥόνησον δὲ τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξει, Εὔβοιαν δὲ καὶ τὸν Ὠρωπὸν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ὑμῖν ἀποδώσει· ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐπὶ τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ μνημονεύετε οἶδ' ὅτι ῥηθέντα, καίπερ ὄντες οὐ δεινοὶ τοὺς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι. Καὶ τὸ πάντων αἴσχιστον, καὶ τοῖς ἐκγόνοις, πρὸς τὰς ἐλπίδας, τὴν αὐτὴν εἰρήνην εἶναι ταύτην προσεψηφίσασθε· οὕτω τελέως ὑπήχθητε.

Τί δὴ ταῦτα νῦν λέγω, καὶ καλεῖν φημὶ δεῖν τούτους; ἐγὼ, νὴ τοὺς θεοὺς, τἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Οὐχ ἵνα εἰς λοιδορίαν ἐμπεσὼν, ἐμαυτῷ μὲν ἐξίσου λόγον παρ' ὑμῖν ποιήσω, τοῖς δ' ἐμοὶ προσκρούσασιν ἐξαρχῆς καινὴν παράσχω πρόφασιν τοῦ πάλιν γέ τι λαβεῖν παρὰ Φιλίππου, οὐδ' ἵνα τηνάλλως ἀδολεσχῶ· ἀλλ' οἶμαι ποθ' ὑμᾶς λυπήσειν ἃ Φίλιππος πράττει μᾶλλον ἢ τὰ νυνί. Τὰ γὰρ πράγματα ὁρῶ προβαίνοντα, καὶ οὐχὶ βουλοίμην μὲν ἂν εἰκάζειν ὀρθῶς, φοβοῦμαι δὲ μὴ λίαν ἐγγὺς ᾖ τοῦτ' ἤδη. Ὅταν οὖν μηκέθ' ὑμῖν ἀμελεῖν ἐξουσία γίγνηται τῶν συμβαινόντων, μήδ' ἀκούητε ὅτι ταῦτ' ἐφ' ὑμᾶς ἐστιν, ἐμοῦ,

---

l. 6. πρὸς τὰς ἐλπίδας, hoc intelligo quasi legeretur, ἐπὶ ταῖς ἐλπίσι, *vanâ spe*, *vanis promissis decepti.*

l. 11 et 12. οὐχ ἵνα .... ἐμαυτῷ μὲν .... *non ut faciam ut ex aequo* (i. e. vicissim) *contrà me apud vos dicatur.*

munitururm , et Thebanorum ferociam repressurum, et Cherronesum suis sumptibus perfossurum , et Eubœam et Oropum pro Amphipoli vobis redditurum. Nam hæc omnia hìc pro suggestu, sat scio, meministis esse dicta, quanquam parùm acres in recordandis injuriis. Et quod est omnium turpissimum, etiam posteros, vanâ spe illecti, eâdem pace implicuistis; usque adeò penitùs fuistis decepti.

Quid igitur hæc dico nunc, et istos jubeo in jus vocari? Equidem, per deos, vera apud vos liberè dicam, nec dissimulabo. Non ut in convicium delapsus, efficiam ut ego vicissim conviciis apud vos incessar, ac iis qui ab initio mihi infesti fuerunt novam præbeam occasionem aliquid à Philippo accipiendi, sed quòd arbitror vobis aliquandò molestiora fore quàm nunc ea quæ Philippus facit. Rem enim video progredi, neque sanè velim conjecturas meas esse veras, at vereor ne id jam nimis in propinquo sit. Quandò igitur vobis non jam erit liberum ea quæ eveniunt negligere, neque hæc adversùs vos strui, ex me audietis, aut ex alio

l. 14. Hìc variant codices, alii legunt καινὴν ut vulgata, alii καὶ νῦν, alii κενήν.

μηδὲ τοῦ δεῖνος, ἀλλ᾽ αὐτοὶ πάντα ὁρᾶτε, καὶ εὖ εἰδῆτε, ὀργίλους καὶ τραχεῖς ὑμᾶς ἔσεσθαι νομίζω. Φοβοῦμαι δὲ μὴ τῶν πρέσβεων σεσιωπηκότων, ἐφ᾽ οἷς αὐτοῖς συνίσασι δεδωροδοκηκόσι, τοῖς ἐπανορθοῦν τι πειρωμένοις τῶν διὰ τούτους ἀπολωλότων, τῇ παρ᾽ ὑμῶν ὀργῇ περιπεσεῖν συμβῇ. Ὁρῶ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐνίους, οὐκ εἰς τοὺς αἰτίους, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα, μάλιστα τὴν ὀργὴν ἀφιέντας.

Ἕως οὖν ἔτι μέλλει καὶ συνίσταται τὰ πράγματα, καὶ κατακούομεν ἀλλήλων, ἕκαστον ὑμῶν, καίπερ ἀκριβῶς εἰδότα, ὅμως ἐπαναμνῆσαι βούλομαι, τίς ὁ Φωκέας πείσας ὑμᾶς καὶ Πύλας προέσθαι· ὧν καταστὰς ἐκεῖνος κύριος, τῆς ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ὁδοῦ, καὶ τῆς εἰς Πελοπόννησον, κύριος γέγονε, καὶ πεποίηκεν ὑμῖν, μηκέτι περὶ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων, μήθ᾽ ὑπὲρ τῶν ἔξω πραγμάτων εἶναι τὴν βουλὴν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ τοῦ πρὸς τὴν Ἀττικὴν πολέμου· ὃς λυπήσει μὲν ἕκαστον ἐπειδὰν παρῇ, γέγονε δ᾽ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Εἰ γὰρ μὴ παρεκρούσθητε τόθ᾽ ὑμεῖς· οὐδὲν ἂν ἦν νῦν τῇ πόλει πρᾶγμα. Οὔτε γὰρ ναυσὶ δήπου κρατήσας εἰς τὴν Ἀττικὴν

---

l. 1. Pro πάντα aliqui codd. legunt πάντες.

l. 3. πρέσβεων, codd. L, N, R, dant αἰτίων quod M habet inter lineas.

l. 15. Multi et optimi codd. habent μηκέτι, quod admisi

Digitized by Google

quopiam, sed ipsi omnia videbitis et probè intelligetis, iracundos et asperos fore vos existimo. Vereor autem ne, quum ea legati reticuerint ob quæ se largitionibus corruptos esse sciunt, iis qui ea quæ per istos periere, in integrum restituere conantur, vestram experiri iracundiam usuveniat; siquidem video quosdam non in sontes, sed in proximos quosque potissimùm iram vulgò effundere.

Dùm igitur res adhuc constant et periculum differtur, et inter nos liberè consulimus, vestrùm unumquemque, licet probè gnarum, tamen commonefactum volo, quis ille sit qui Phocenses et Pylas vobis suaserit omittendos, quibus ille potitus in Atticam et Peloponnesum vià potitus est, eóque redegit rem, ut vobis non jam de tuendo jure Græcorum et de rebus externis consultandum sit, at de patrii soli agris et bello in Atticà; quod ubi eveniet, vestrùm unicuique molestum erit, sed illo die factum est. Nam nisi tunc decepti essetis vos, respublica non laboraret. Neque enim navibus superior, classe

pro μήτε in vulg. Aliqui omittunt ἑλληνικόν.

l. 20. Addidi νῦν quod abest à vulg. et habet cod. K. Cod. N legit οὐδὲν ἂν τότε τῇ.

ἦλθεν ἄν ποτε στόλῳ Φίλιππος, οὔτε πεζῇ βαδίζων ὑπὲρ τὰς Πύλας καὶ Φωκέας· ἀλλ' ἢ τὰ δίκαια ἂν ἐποίει, καὶ τὴν εἰρήνην ἄγων ἡσυχίαν εἶχεν, ἢ παραχρῆμα ἂν ἦν ἐν ὁμοίῳ πολέμῳ, δι' ὃν τότε τῆς εἰρήνης ἐπεθύμησε. Ταῦτ' οὖν, ὡς μὲν ὑπομνῆσαι, νῦν ἱκανῶς εἴρηται· ὡς δ' ἂν ἐξετασθείη μάλιστα ἀκριβῶς, μὴ γένοιτο, ὦ πάντες θεοί! Οὐδένα γὰρ βουλοίμην ἂν ἔγω γε, οὐδ' εἰ δίκαιος ἔστ' ἀπολωλέναι, μετὰ τοῦ πάντων κινδύνου καὶ τῆς ζημίας δίκην ὑποσχεῖν.

---

l. 4. Alii codd. dant τότε πρότερον ut vulgata. Alii τότε sine πρότερον, alii πρότερον sine τότε: ego cum Reiskio ejeci πρότερον et servavi τότε.

unquam in Atticam venisset Philippus, neque itinere pedestri suprà Pylas pervasisset et Phocenses, sed aut fecisset æqua, et servatà pace quievisset, aut statìm bello esset non minore circumventus, quàm illud fuit propter quod tunc priùs pacem expetiverat. Hæc igitur, ut admonendi gratià, nunc dixisse sufficiat; absit autem, idque dii omnes prohibeant ne experiundo certissimè comprobentur! Neminem quippè velim, quamvis exitio sit dignus, cum omnium periculo et damno, suæ improbitatis dare pœnas.

---

l. 9. Idem Reiskius velit καὶ τῆς πάντων ζημίας, sed πάντων quod præcessit duobus substantivis potest sufficere.

Digitized by Google

ANALYSIS

ORATIONIS DICTÆ DE HALONESO.

Propositum.

QUANQUAM servabat pacem cum civitate atheniensi factam Philippus, non otio tamen indulgebat; sed in Thraciâ et multis aliis in locis potentiam augebat suam, alia subigendo, alia accipiendo, alia opibus suis tuendo. Inter cetera suam fecerat Halonesum quæ olim Atheniensium fuerat, tuncque à piratis tenebatur, et Cardiam, civitatem in Chersoneso non contemnendam, in fidem suam receperat ac tutelam. His territi simul et irati Athenienses, Demosthenem et alios in Peloponnesum miserant, qui illius regionis civitates adversùs Macedonum regem concitarent, eóque adducerent ut illi resisterent factâ secum societate. His ille anxius misit Athenas Pythonem cum epistolâ, cujus præcipua capita ex ipsâ oratione cognoscimus, quæ singulatim refutare orator aggreditur quicumque sit. In eo critici consentiunt orationem non esse Demosthenis, quum ea atticas quidem veneres, ut mihi saltem videtur, at non demosthenicam exhibeat eloquentiam. Ideò autem inter orationes demosthenicas relata fuit quia ex Æschinis testimonio constat concionatum tunc fuisse Demosthenem. Meliùs diceretur, Responsio ad Philippi epistolam, atque ob id duntaxat de Haloneso dictam fuisse liquet, quòd primum caput et epistolæ fuit et responsionis est de Haloneso.

Exordium.

Dicit orator eos qui pro jure Atheniensium dicunt, per crimina à Philippo ipsis objecta non debere prohiberi quominùs liberè concionentur. Itaque suscipit, et ea de quibus scripsit Philippus ordine percurrere, et ipsius legatorum orationi respondere.

1°. De Haloneso scribebat Philippus eam insulam suam esse quia eam à latronibus eripuerat, se tamen eam donare Athe-

niensibus, ceterùm se de hâc re velle judicio experiri. Hæc tria impugnat orator, arguendo scilicet Halonesum non esse Philippi quia eam latronibus eripuit, ac proindè iniquum esse donationis vocabulum, jam verò abhorrere à dignitate Atheniensium ut ipsi de insulis certent coràm judicibus.

2°. Pacta quædam et conventa ab Atheniensi civitate poscebat Macedonum rex. Ostenduntur hæc pacta et fraudulenta esse et inutilia.

3°. Illius hortationem de prædonibus communiter pellendis evincitur esse valdè insidiosam.

4°. De pacis emendatione quam et Philippus epistolâ et ejusdem legati verbis concedebant, hanc concessionem falsam esse demonstrat orator.

5°. Æquè falsum est Athenienses ipsos decrevisse Philippi esse Amphipolim, quod paulò fusiùs ostenditur.

6°. Postulaverunt Athenienses ut ceteri Græci qui fœdere non continerentur liberi essent; postulatis annuit Philippus et contrarium fecit.

7°. Contendebat ille se nihil promisisse Atheniensibus : at certè promissa extant quamvis res non secutæ sint.

8°. Scribebat idem se de his quæ post pacem factam cepit paratum esse rem arbitris permittere, et remisisse semper omnes captivos Atheniensium. Prius inutile est, posterius non omninò verum, si quidem rex Carystium quemdam Atheniensibus noluit condonare.

9°. De Chersoneso et Cardiâ, nec æqua rex Macedo scripsit, nec vera, nec digna Athenis.

Orationis conclusio.

Concludit orator vituperando eos qui epistolam Philippi laudabant, et pollicendo se et regis epistolam et legatorum verba pleniùs refutaturum.

Dicta est hæc oratio anno secundo olympiadis CIX, sub Pythodoro archonte.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΟΝΗΣΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ὅυτος ὁ λόγος, ἐπιγράφεται μὲν περὶ Ἀλονήσου· τάχα δὲ ὀρθότερον ἐπιγράφειν, πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου. Πέπομφε γὰρ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἐπιστολὴν, περὶ πολλῶν διαλεγόμενος, ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ κατὰ τὴν Ἀλόνησον, ἥτις ἦν μὲν τῶν Ἀθηναίων ἀρχαῖον κτῆμα, κατὰ δὲ τοὺς Φιλίππου καιρούς, ὑπὸ λῃστῶν κατείχετο. Ὅυς ἐκβαλὼν ὁ Φίλιππος, ἀπαιτοῦσι μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τὴν νῆσον, οὐκ ἀποδίδωσιν· ἑαυτοῦ γὰρ εἶναί φησιν· αἰτοῦσι δὲ ὑπισχνεῖται δώσειν. Ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι· δηλοῖ δὲ ἡ φράσις, καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν ἐκπεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος. Καὶ μὴν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ τέλει ῥηθὲν, οὐ μικρὸν μαρτύριον τοῦ νόθον εἶναι τὸν λόγον, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε. Ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης εἴωθε παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, τοῦτο δὲ ὕβρις ἐστὶ, καὶ λοιδορία μέτρον οὐκ ἔχουσα· εὐτέλειά τε αὐτῷ δεινὴ πρόσεστι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ εὐηθές τι νομίζεται τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους τὸν ἐγκέφαλον.

---

l. 2. ad ὀρθότερον subaudi ἦν et αὐτὸν ad ἐπιγράφειν, *rectius esset ipsam* (orationem) *inscribere.*

Ibid. τὴν Φιλίππου: habent τοῦ Φιλίππου codd. U et Ee, cod. M neque τὴν, neque τοῦ.

l. 5. ἀρχαῖον deest in ed. Par.

Digitized by Google

LIBANII

ARGUMENTUM

IN ORATIONEM DE HALONESO.

INSCRIBITUR hæc oratio, De Haloneso, sed rectiùs forsan inscriberetur, Responsio ad Philippi epistolam. Scripsit enim is ad Athenienses, multis de rebus disserens, quarum una erat Halonesus, quæ quum antiquitùs tAheniensium esset, temporibus Philippi à latronibus tenebatur. Quibus Philippus ejectis, repetentibus Atheniensibus insulam non reddit, quòd suam esse dicat, petentibus eam daturum se pollicetur. Neque verò oratio mihi videtur esse Demosthenis; idque tùm ex genere dictionis potest animadverti, tùm ex concentu compositionis, quæ à formâ demosthenicâ longè recedit, quum remissa sit et dissoluta omninò, atque ab hujus oratoris genere prorsùs abhorrens. Quin illud etiam dictum ad finem orationis, *si modò vos cerebrum in temporibus, et non in calcibus conculcatum geritis*, non parvo indicio est spuriam esse hanc orationem. Nam Demosthenes libertate quidem in dicendo solet uti, sed hæc contumelia est et convicium modum excedens. Adde quòd perquàm vilis insit ei elocutio, et ineptum quid judicetur homines in temporibus habere cerebrum. Atque adeò veteres

l. 10. vulg. πεφευγυῖα : prætuli ἐκπεφευγυῖα acceptum è codd. M, U et Ee. Legitur διαπεφευγυῖα in cod. X.

l. 16. αὐτῷ, nempè τούτῳ τῷ πράγματι.

l. 17 et 18. vulg. καὶ εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν τοῖς : prætuli alteram lectionem in quam plurimi et optimi libri consentiunt.

Digitized by Google

Ὑπώπτευσαν δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος· καὶ πεφωράκασί γέ τινες ὄντα Ἡγησίππου, καὶ ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν λόγων (τοιαύτῃ γὰρ κέχρηται), καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων. κατὰ Καλλίππου γὰρ τοῦ Παιανιέως, φησὶν ὁ τὸν λόγον γεγραφὼς, ἀπενηνοχέναι γραφὴν παρανόμων· φαίνεται δὲ, οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ᾽ ὁ Ἡγήσιππος, τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος. Νὴ Δία, ἀλλ᾽ ὁ λόγος συμβουλεύει περὶ τῆς Ἀλονήσου τοῖς Ἀθηναίοις, μὴ λαμβάνειν αὐτὴν, ἀλλ᾽ ἀπολαμβάνειν, καὶ διαφέρεται περὶ τῶν ὀνομάτων· ταῦτα δὲ Αἰσχίνης φησὶ τὸν Δημοσθένην συμβιβουλευκέναι τοῖς Ἀθηναίοις. Εἶτα τί τοῦτο; δύναται γὰρ τὴν αὐτὴν πεποιῆσθαι συμβουλὴν καὶ Δημοσθένης καὶ Ἡγήσιππος· ἐπεὶ καὶ τὰ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἦσαν ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως, καὶ τοῖς Φιλιππίζουσι τῶν ῥητόρων ἀντέλεγον. Καὶ μέμνηται καὶ ὁ Δημοσθένης τοῦ Ἡγησίππου, ὡς καὶ πρεσβεύσαντος μεθ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ ἀντιταχθέντος τῷ Μακεδόνι. Δῆλον οὖν ὅτι ὁ μὲν τοῦ Δημοσθένους λόγος ὁ περὶ τῆς Ἀλονήσου ῥηθεὶς, οὐ σώζεται· ἐκείνου δὲ οὐκ ὄντος, τὸν εὑρεθέντα προσέθεσαν αὐτῷ, ἀφορμὴν ἔχοντες τὸ περὶ Ἀλονήσου λόγον εἰρῆσθαι τῷ ῥήτορι, οὐκέτι δὲ ἐξετάζοντες εἰ τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ἐκείνου.

quoque hanc orationem non esse hujus oratoris suspicati sunt, et deprehendêre quidam eam esse Hegesippi, tùm ex sermonis formâ (is enim tali usus est), tùm ex rebus ipsis. Nam ejus orationis scriptor, se Callippum Pæaniensem violatarum legum reum fecisse dicit; porrò constat Callippum non à Demosthene, sed ab Hegesippo, reum esse factum. At, per Jovem, oratio suadet Atheniensibus, ut Halonesum non accipiant, sed recipiant, ac de verbis controvertitur; Æschines autem dicit Demosthenem hæc Atheniensibus suasisse. Quid tùm postea? Possunt quippè Demosthenes et Hegesippus eamdem fecisse suasionem, siquidem aliàs ejusdem erant in republicâ instituti, et oratoribus Philippi studiosis adversabantur. Meminit etiam Demosthenes Hegesippi, ut collegæ sui in obeundâ legatione et oppositi Macedonibus. Perspicuum est igitur, quum oratio Demosthenis de Haloneso habita non extaret, sed periisset, aliquos eam quæ inventa est illi tribuisse, hâc re ductos quòd Demosthenes de Haloneso habuisset orationem, neque scrutatos an hæc reverâ esset illa per eum scripta oratio.

Digitized by Google

Ο ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΑΛΟΝΗΣΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας, κωλύσουσι συμβούλους ἡμᾶς γίγνεσθαι ὑπὲρ τῶν ὑμῖν συμφερόντων. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος παῤῥησίαν, αἱ παρ' ἐκείνου πεμπόμεναι ἐπιστολαὶ ἀνέλοιεν. Ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βούλομαι, πρῶτον μὲν περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, περὶ τούτων διεξελθεῖν· ὕστερον δὲ, περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι, καὶ ἡμεῖς λέξομεν.

Φίλιππος γὰρ ἄρχεται μὲν περὶ Ἀλονήσου, λέγων ὡς ὑμῖν δίδωσιν ἑαυτοῦ οὖσαν, ὑμᾶς δὲ οὔ φησι δικαίως αὐτὸν ἀπαιτεῖν· οὐ γὰρ ὑμετέραν οὖσαν, οὔτε τότε λαβεῖν, οὔτε νῦν ἔχειν. Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς ὑμᾶς τοιούτους λόγους, ὅτε πρὸς αὐτὸν ἐπρεσβεύσαμεν, ὡς λῃστὰς ἀφελόμενος ταύτην τὴν νῆσον κτήσαιτο, καὶ προσήκειν αὐτὴν ἑαυτοῦ εἶναι.

Τοῦτον δὲ τὸν λόγον, ὡς οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐ

l. 13. addidi cum Reiskio τότε quod abest à vulg. Lambinus proponit πρότερον.

Digitized by Google

ORATIO

DE HALONESO.

Exordium.

Minimè committendum est, Athenienses, ut propter ea crimina quæ Philippus iis objicit qui pro jure vestro apud vos dicunt, à suadendo vobis ea quæ è re vestrà sunt prohibeamur. Non ferendum enim fuerit missis ab illo epistolis liberè pro concione dicendi facultatem nobis eripi. Ego verò, Athenienses, primùm eà de quibus scripsit Philippus, ordine percurram; post quibus de rebus legati verba fecerunt, et ipsi dicemus.

1°. Philippus auspicatur ab Haloneso, eamque, quum sua sit, se vobis dicit donare, at vos jure eam repetere negat, quæ nec vestra fuit quum ipse tunc cepit, neque nunc est quum tenet. Ad nos etiam ea verba fecit quum apud ipsum legatione fungeremur, se nempè occupasse insulam hanc latronibus ereptam, ac proindè suam esse debere.

Neque verò difficile est hanc ipsi rationem

Digitized by Google

χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. Ἅπαντες γάρ οἱ λησταὶ τούς ἀλλοτρίους τόπους καταλαμβανόντες, καὶ τούτους ὀχυροὺς ποιούμενοι, ἐντεῦθεν τοὺς ἄλλους κακῶς ποιοῦσιν. Ὁ δὴ τοὺς λῃστὰς τιμωρησάμενος καὶ κρατήσας, οὐκ ἂν δήπου εἰκότα λέγοι, εἰ φαίη, ἃ ἐκεῖνοι ἀδίκως καὶ ἀλλότρια εἶχον, ταῦτα ἑαυτοῦ γίγνεσθαι. Ἐι γάρ ταῦτα συγχωρήσετε, τί κωλύει, καὶ εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσταὶ τόπον καταλάβοιεν, ἢ Λήμνου, ἢ Ἴμβρου, ἢ Σκύρου, καί τινες τούτους τοὺς λῃστὰς ἐκκόψαιεν, εὐθὺς καὶ τὸν τόπον τοῦτον οὗ ἦσαν οἱ λῃσταὶ, τὸν ὄντα ἡμέτερον, τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃστὰς γίγνεσθαι;

Φίλιππος δ' οὐκ ἀγνοεῖ ταῦτα οὐ δίκαια λέγων, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος, ἐπιστάμενος, παρακρουσθῆναι ἂν ὑμᾶς οἴεται ὑπὸ τῶν τὰ ἐνταῦθα διοικήσειν μελλόντων ὡς ἂν αὐτος ἐκεῖνος βούληται, καὶ πρὶν ὑπεσχημένων, καὶ νῦν δὲ πραττόντων. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε λανθάνει αὐτὸν, ὅτι δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὸν νῆσον, ἄν τε λάβητε ἄν τ' ἀπολάβητε. Τί οὖν αὐτῷ διαφέρει, μὴ τῷ δικαίῳ ὀνόματι χρησάμενον ἀποδοῦναι ὑμῖν, ἀλλὰ δωρεὰν δεδωκέναι, τῷ ἀδίκῳ; οὐχ ἵν' εὐερ-

---

l. 2. Cod. U legit ἀφαιρούμενοι καὶ καταλαμβάνοντες, quæ lectio non est contemnenda, quum præsertim ἀφελόμενος præcesserit.

l. 14. Post ἄλλος subaudi ἐπίσταται.

extorquere quæ sit iniqua. Omnes enim latrones aliena loca occupant, eaque muniunt ut indè alios infestent. Quòd si quis latrones ultus fuerit et superàrit, non sanè probanda dicat si contenderit ea quæ illi per injuriam tenebant aliis erepta, sua fieri. Nam si hæc concedetis, quid prohibet, si quem vel Atticæ locum, vel Lemni, vel Imbri, vel Scyri, prædones invaserint, et aliqui eosdem armis expulerint, quin statìm is quoque locus in quo prædones fuerant, quamvis vester sit, illorum fiat qui represserint latrones?

Philippus autem non ignorat se injusta dicere, sed quum id meliùs quàm quilibet nôrit, fucum vobis posse fieri sperat per eos qui sua ipsius hìc administraturi sunt ut ipse vult, quique id et antè promiserunt et nunc etiam agunt. Jam neque hoc ipsum præterit, per utrumque nomen, utro malueritis uti, vos insulam habituros, sive accipiatis, sive recipiatis. Quid igitur eum movet ut ne vobis restituat justo usus vocabulo, sed donet usus injusto? Non utique

l. 15 et 16. Reiskius rectè observat μελλόντων debere ejici ut inutile, quum διοικήσειν referatur ad ὑπεσχημένων. Ego pro μελλόντων, quod retinui, quia potest utcumque explicari, legi velim ὑπὲρ αὐτοῦ.

γέτημά τι καταλογίσηται πρὸς ὑμᾶς (γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε τὸ εὐεργέτημα), ἀλλ' ἵν' ἐνδείξηται πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι Ἀθηναῖοι τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία ἀγαπῶσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος λαμβάνοντες. Τοῦτο δ' ὑμῖν οὐ ποιητέον ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τούτων ὡς ἐθέλει διαδικάζεσθαι, οὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς· πρῶτον μὲν ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας, πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι, πότερον ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν· ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ μὲν δύναμις ἡ ὑμετέρα, ἡ ἐλευθερώσασα τοὺς Ἕλληνας, μὴ δύναται ὑμῖν τὰ χωρία ἐν τῇ θαλάττῃ διασώζειν, οἱ δὲ δικασταὶ οἷς ἂν ἐπιτρέψητε, οἱ κύριοι τῆς ψήφου, οὗτοι ὑμῖν σώζουσιν, ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται, πῶς ὑμεῖς οὐχ ὁμολογουμένως, ὅταν ταῦτα διαπράττησθε, τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ, ἁπάντων ἀφεστήκατε, καὶ ἐπιδείκνυτε ἅπασιν ἀνθρώποις, ὅτι οὐδὲ περὶ ἑνὸς ἂν αὐτῷ διαγωνίζησθε, εἰ ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ, οὗ φατὲ ἰσχύειν, μὴ διαγωνιεῖσθε, ἀλλὰ διαδικάσεσθε;

Ἔτι περὶ συμβόλων φησὶ πεπομφέναι πρὸς ὑμᾶς

l. 10. vulg. ὁπότε γὰρ ἡ μὲν δύναμις : dedi ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ δύναμις, quam lectionem, dante Feliciano, admisi in textum nullis licet confirmatam codicibus.

l. 20. σύμβολον, propriè *tessera*, i. e. signum quo aliquid cognoscitur. Hic idem ac συμβόλαιον, *pactum*, *conventum*. σύμβολα, juxtà Harpocrationem, sunt pacta quæ inter se faciunt civitates, et pro civibus constituunt, ut hi jus et æquum præstent et obtineant. Horum, inquit idem, sæpiùs memini

hoc ut in vos beneficium contulisse profiteatur (ridiculum enim istud fuerit beneficium), sed ut Græcis omnibus ostendat benè secum agi Athenienses existimare, si maritima loca à Macedone accipiant. Hoc verò vobis, ô Athenienses, non est admittendum.

Quum autem dicit se de his velle judicio experiri, nihil aliud nisi vos deridet; primùm quum postulat ut Athenienses viri cum eo qui Pellà est oriundus de insulis apud judicem ambigant utrùm vestræ an illius sint. Deindè, si vestra hæc potentia quæ Græcos in libertatem asseruit, maritima vobis loca non poterit tueri, judices verò quibus rem suà autoritate decidendam permiseritis, hi vobis eas conservabunt, si tamen à Philippo largitionibus non corrumpentur; nonne vos, si hæc admittatis, omnibus in continente ceditis sine ullà controversià, et mortalibus universis ostenditis vos pro nullà re pugnam cum illo suscepturos, siquidem pro imperio maris in quo vos potentes esse gloriamini, non pugnabitis, sed sententiam judicis expectabitis?

2°. Jam quòd ad pacta et conventa attinet,

Demosthenes in septimà Philippicarum. Ceterùm non planè liquet quæ sit connexio inter hæc pacta et Potidæam quam mox dicet orator Atheniensium fuisse.

τοὺς ποιησομένους· ταῦτα δὲ κύρια ἔσεσθαι, οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν κυρωθῇ, ὡς ὁ νόμος κελεύει, ἀλλ' ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανενεχθῇ, ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος. Βούλεται γὰρ ὑμῶν τοῦτο προλαβεῖν, καὶ ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταστῆσαι, ὅτι τῶν περὶ Ποτίδαιαν γεγενημένων ἀδικημάτων οὐδὲν ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ὡς ἀδικούμενοι, ἀλλὰ βεβαιοῦτε δικαίως αὐτὴν ἐκεῖνον καὶ λαβεῖν καὶ κεκτῆσθαι. Καίτοι Ἀθηναίων οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντες, οὐκ ὄντος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, ἀλλὰ συμμαχίας, καὶ ὅρκων ὀμωμοσμένων, οὓς Φίλιππος τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ποτιδαίᾳ ὤμοσεν, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα. Ταῦτα δὴ βούλεται τὰ ἀδικήματα πανταχόσε παρ' ὑμῖν βεβαιώσασθαι, ὅτι οὔτε ἐγκαλεῖτε αὐτῷ, οὔτε ἡγεῖσθε ἀδικεῖσθαι. Ἐπεὶ ὅτι γε συμβόλων οὐδὲν δέονται Μακεδόνες πρὸς Ἀθηναίους, ὁ παρεληλυθὼς ὑμῖν χρόνος τεκμήριον γιγνέσθω. Οὔτε γὰρ Ἀμύντας πατὴρ ὁ Φιλίππου, οὔτε οἱ ἄλλοι Μακεδονίας βασιλεῖς, οὐδεπώποτε σύμβολα ἐποιήσαντο πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. Καίτοι πλείους γε ἦσαν αἱ ἐπιμιξίαι τότε πρὸς ἀλλήλους ἢ νῦν εἰσιν· ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία, καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε, καὶ τοῖς ἐμπο-

l. 10. Ἀθηναίων οἱ κατοικοῦντες, inter Athenienses ii qui habitant.

Digitized by Google

se quosdam misisse ait qui ea vobiscum facienda curaturi sint; res autem futuras ratas, non ubi in vestrâ curiâ decisæ fuerint, quemadmodum lex jubet, sed quum ad se fuerint relatæ, vestram ipsorum cognitionem ad suam ipsius autoritatem referens. Nam hoc vobis præcipere vult, et in conventis pro confesso statuere, se de factis in Potidæâ injuriis non accusari à vobis injuriæ, sed illud confirmari jure se eam et occupasse et tenere. Atqui quotquot Athenienses Potidææ habitàrunt, quanquam eis cum Philippo non erat bellum, sed societas, et intercesserat jusjurandum, fidemque Philippus Potidææ habitantibus dederat, tamen facultatibus suis ab eo spoliati sunt. Postulat igitur hoc ut ab omni parte confirmetis, se de hisce criminibus non accusari à vobis, et nullis affectos esse vos injuriis profiteamini. Nam Macedonibus nihil omninò opus esse conventis ergà Athenienses, præteritum tempus evidenti vobis argumento sit. Nec enim vel Amyntas Philippi pater, vel reliqui Macedoniæ reges cum nostrâ civitate conventa unquam fecerunt, quamvis plura tunc commercia quàm nunc inter nos mutuò existerent. Nam nostræ potestati subdita erat Macedonia, et tributa nobis pendebat, et

ρίοις τότε μᾶλλον ἢ νῦν, ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ, κἀκεῖνοι τοῖς παρ' ὑμῖν, ἐχρῶντο, καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν ὥσπερ νῦν ἀκριβεῖς, αἱ κατὰ μῆνα, ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι συμβόλων τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας. Ἀλλ' ὅμως οὐδενὸς τοιούτου ὄντος τότε, οὐκ ἐλυσιτέλει σύμβολα ποιησαμένους, οὔτ' ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους, οὔθ' ἡμῖν εἰς Μακεδονίαν. Ἀλλ' ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις, ἐκεῖνοί τε τοῖς παρ' ἡμῖν, τὰς δίκας ἐλάμβανον. Μὴ οὖν ἀγνοεῖτε, ὅτι τὰ σύμβολα ταῦτα γίγνεται εἰς ὑποδοχὴν τοῦ μηδ' ἀμφισβητῆσαι ὑμᾶς εὐλόγως ἔτι περὶ τῆς Ποτιδαίας.

Περὶ δὲ τῶν λῃστῶν, δίκαιόν φησιν εἶναι κοινῇ φυλάττειν τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ κακουργοῦντας, ὑμᾶς τε καὶ αὐτόν· οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτ' ἀξιῶν, ὑφ' ὑμῶν εἰς τὴν θάλατταν κατασταθῆναι, καὶ ὁμολογῆσαι ὑμᾶς, ὡς ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φυλακὴν δυνατοί ἐστε φυλάττειν· ἔτι δὲ καὶ δοθῆναι αὐτῷ ταύτην τὴν ἄδειαν, περιπλέοντι καὶ ὁρμιζομένῳ εἰς τὰς νήσους ἐπὶ προφάσει τῇ τῶν λῃστῶν φυλακῇ, διαφθείρειν τοὺς νησιώτας καὶ ἀφιστάναι

---

l. 1. τοῖς ἐκεῖ, subaudi ἐμπορίοις, portubus qui illic sunt: illic, i. e. in Macedonià.

l. 17. junge δοθῆναι cum ἀξιῶν quod præcessit.

Digitized by Google

portubus tunc magis quàm nunc tàm nos illorum quàm ipsi nostris utebantur, et judicia mercaturarum non erant sic accurata ut hodie; quæ quia singulis mensibus exercentur, efficiunt ut, tanto locorum intervallo sejuncti, conventis nihil indigeamus. Sed tamen, quum illis temporibus tale nihil in usu esset, non expediebat, factis conventis, ad jura petenda vel ex Macedoniâ Athenas, vel Athenis in Macedoniam navigari; sed ut nos illorum, sic illi nostris institutis et legibus judicari controversias patiebantur. Scitote itaque ista conventa fieri ut vobis deinceps nullam esse causam probabilem Potidææ vindicandæ concedatis.

3°. At de prædonibus æquum esse ait ut qui piraticam in mari exercent, à vobis et à se communiter pellantur, non aliud nempè quàm hoc postulans ut sibi à vobis tradatur maris imperium, utque confiteamini vos sine Philippo neque mare tueri et custodire posse. Hanc etiam sibi dari vult licentiam, ut quócumque navigans et insulas invectus per speciem arcendi prædones, insulares corrumpat, et à vobis alienet,

l. 19 et 20. τῇ τῶν λῃστῶν φυλακῇ est veluti appositum ad ἐπὶ προφάσει.

ἀφ' ὑμῶν, καὶ μὴ μόνον τοὺς φυγάδας τοὺς παρ' ἑαυτοῦ εἰς Θάσον διακεκομικέναι διὰ τῶν ὑμετέρων στρατηγῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας νήσους οἰκειώσασθαι, πέμποντι τοὺς συμπλευσομένους μετὰ τῶν στρατηγῶν τῶν ἡμετέρων, ὡς κοινωνήσοντας τῆς κατὰ θάλατταν φυλακῆς. Καίτοι, οὔ φασί τινες αὐτὸν προσδεῖσθαι τῆς θαλάττης. Ὃ δ' οὐδὲν δεόμενος, τριήρεις κατασκευάζεται, καὶ νεωσοίκους οἰκοδομεῖται, καὶ ἀποστόλους ἀποστέλλειν βούλεται, καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾷν εἰς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, ὧν οὐδὲν προτιμᾷ. Ταῦτα οὖν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον ἀξιῶσαι ἂν ὑμᾶς συγχωρῆσαι αὐτῷ, εἰ μὴ ὑμῶν μὲν κατεφρόνει, οὓς δ' ἐνθάδε προήρηται φίλους κεκτῆσθαι, τούτοις διεπίστευεν, οἳ οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, καὶ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες, οἴονται οἴκαδε λαμβάνειν, τὰ οἴκοι πωλοῦντες;

Περὶ δὲ τῆς ἐπανορθώσεως τῆς εἰρήνης, ἣν ἔδοσαν ἡμῖν οἱ πρέσβεις, οἱ παρ' ἐκείνου πεμφθέντες, ἐπανορθώσασθαι, ὅτι ἐπηνωρθωσάμεθα ὃ παρὰ

---

l. 1 et 2. τοὺς φυγάδας τοὺς παρ' ἑαυτοῦ, *exules à seipso*, i. e. exules qui ad seipsum confugerant.

l. 2. vulg. κεκομικέναι : assumpsi ex cod. Bav. διακεκομικέναι, quod dat etiam Reiskius.

l. 4. emendavi ex meo πέμποντι pro συμπέμπων in vulgatâ,

nec solùm macedonicos exules per imperatores vestros transportet Thasum, sed et reliquas sibi vindicet insulas, mittendis hominibus qui se nostrorum ducum classi adjungant, tanquam custodiæ maris consortes futuri. Sunt qui negent illi mari opus esse ad sua amplificanda. At is qui mare negligit, triremes comparat, extruit navalia, et classes instituit mittere, neque parvos sumptus facit in certamina maritima quibus nihil habet antiquius. Num igitur putatis, Athenienses, Philippum hæc concedi sibi à vobis postulaturum, nisi et vos contemneret, et in istis summam haberet fiduciam quos hìc amicos sibi acquirere decrevit? Quos non pudet Philippo vivere potiùs quàm suæ patriæ, et munera ab illo accepta se ferre domum arbitrantur, quum ea quæ domi sunt vendere non dubitent.

4°. Jam de pacis emendatione, cujus emendationis legati ab eo missi licentiam nobis dederunt, quia id emendavimus quod apud omnes

---

ut constet phrasis. Reiskius proponit simplex πέμπων.

l. 16 et 17. οἴκαδε λαμβάνειν δωρεὰς, intelligo, dona accipere domum transferenda.

l. 19. ἣν refer ad ἐπανορθώσεως. Ἐπανορθώσασθαι ἐπανόρθωσιν, dictio apud Græcos usitata.

πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαιον εἶναι, ἑκατέρους τὰ ἑαυτῶν ἔχειν, ἀμφισβητεῖ μὴ δεδωκέναι, μηδὲ τοὺς πρέσβεις ταῦτα εἰρηκέναι πρὸς ὑμᾶς· οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος ὑπὸ τούτων οἷς χρῆται φίλοις, ὡς ὑμεῖς οὐ μνημονεύετε τὰ ἐν τῷ δήμῳ εἰρημένα. Μόνον δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τέ ἐστι ὑμῖν ἀμνημονῆσαι. Ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ οἱ πρέσβεις ὑμῖν οἱ παρ' ἐκείνου ἥκοντες διελέγοντο, καὶ τὸ ψήφισμα ἐγράφη, ὥς τε οὐχ οἷόν τέ ἐστι παραχρῆμα, τῶν λόγων εἰρημένων, καὶ εὐθὺς τοῦ ψηφίσματος ἐπαναγιγνωσκομένου, τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων, ταύτην ὑμᾶς χειροτονῆσαι. Ὥστε τοῦτο μὲν οὐ κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ καθ' ὑμῶν ἐπέσταλκεν, ὡς ὑμεῖς περὶ ὧν οὐκ ἠκούσατε, περὶ τούτων ἀποκρινάμενοι, τὴν γνώμην ἀπεστείλατε. Καὶ οἱ μὲν πρέσβεις αὐτοὶ, ὧν κατεψεύδετο τὸ ψήφισμα, ὅτε ἀπεκρίνασθε αὐτοῖς ἀναγινώσκοντες, καὶ ἐπὶ ξενίαν αὐτοὺς ἐκαλεῖτε, οὐκ ἐτόλμησαν παρελθεῖν, οὐδ' εἰπεῖν· ὅτι, Καταψεύδεσθε ἡμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φατὲ ἡμᾶς εἰρηκέναι ἃ οὐκ εἰρήκαμεν· ἀλλὰ σιωπῇ ἀπιόντες ᾤχοντο.

Βούλομαι δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (καὶ γὰρ εὐδοκίμησεν ὁ Πύθων παρ' ὑμῖν ἐν τῇ δημηγορίᾳ ὁ

l. 12. ταύτην posset abesse salvo sensu, et hîc tantùm ponitur ad validiùs affirmandum.

Digitized by Google

mortales justum censetur, ut utrique sua teneant, eam se licentiam dedisse, et de eâ legatos ad vos dixisse negat, propter nullam aliam causam nisi quòd ab istis quibus amicis utitur persuasus est vos ea quæ dicuntur in suggestu non meminisse. Atqui solum hoc obliti esse non potestis. Nam in eâdem concione et legati ad vos ab eo missi verba fecerunt, et scriptum est decretum. Itaque fieri nequit, quum in præsentiâ verba facta essent, et statim decretum recitaretur, ut vos decretum istud quod mentiretur in legatos, vestris suffragiis comprobaveritis. Quare hoc non contrà me, sed contrà vos scripsit; vos iis de rebus de quibus nihil audissetis responso dato decretum illud ad se misisse. Ac legati quidem ipsi contrà quos decretum mentiretur, quum eis de scripto responderetis, et eos invitaretis ad hospitium, non ausi fuerunt prodire ac dicere: Contrà nos mentimini, Athenienses, et ea nos dixisse jactatis quæ non diximus; sed taciti abierunt.

Volo autem vos, Athenienses, (nam Python qui tùm legatum agebat, apud vos in concione

l. 17. ξενίαν: cod. L, Ald. et Fel. v. ξενία.

l. 19. hic ὅτι vacat, ut alibi millies.

τότε πρεσβεύων) αὐτοὺς τοὺς λόγους οὓς ἔλεγεν ὑπομνῆσαι. Οἶδα γὰρ ὅτι μέμνησθε. Παραπλήσιοι δὲ ἦσαν οἷς καὶ νῦν ἐπέσταλκε Φίλιππος. Ἐγκαλῶν γὰρ ἡμῖν τοῖς διαβάλλουσι τὸν Φίλιππον, καὶ ὑμῖν ἐμέμφετο, ὅτι, ὡρμηκότος αὐτοῦ εὖ ποιεῖν ὑμᾶς, καὶ προῃρημένου μάλιστα τῶν Ἑλλήνων φίλους κεκτῆσθαι, αὐτοὶ κωλύετε, ἀποδεχόμενοι τοὺς λόγους τῶν συκοφαντούντων, καὶ χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων, καὶ διαβαλλόντων. Τοὺς γὰρ τοιούτους λόγους ὅταν ἀπαγγελλόντων ἀκούῃ, ὅτι κακῶς ἀκούει, ὑμεῖς δὲ ἀποδέχεσθε, μεταβάλλει αὐτοῦ τὴν γνώμην, ὅταν ἄπιστος φαίνηται τούτοις ὧν προῄρηται εὐεργέτης εἶναι. Ἐκέλευσεν οὖν τοὺς λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ, τῇ μὲν εἰρήνῃ μὴ ἐπιτιμᾶν (οὐ γὰρ ἄξιον εἶναι τὴν εἰρήνην λύειν), εἰ δέ τι μὴ καλῶς γέγραπται ἐν τῇ εἰρήνῃ, τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, ὡς ἅπαντα Φίλιππον ποιήσοντα ὅσα ἂν ὑμεῖς ψηφίσησθε. Ἐὰν δὲ διαβάλλωσι μέν, αὐτοὶ δὲ μηδὲν γράφωσι, δι᾽ οὗ ἡ μὲν εἰρήνη ἔσται, παύσεται δὲ ἀπιστούμενος Φίλιππος, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις.

Καὶ τούτους τοὺς λόγους ὑμεῖς ἀκούοντες, ἀπε-

l. 10 et 11. vulg. ἤκουεν: dedi ex meo ἀκούει. Volfius et Reiskius benè fecerunt quòd ex Aldo et Fel. acceperint ἀποδέχεσθε, quidquid contradicant codd. penè universi apud quos legitur ἀπεδέχεσθε, sed tunc mutandum erat ἤκουεν in ἀκούει, ut ego feci.

laudatus fuit) eorum verborum quæ ille dixit commonefacere; quippè scio vos ea meminisse. Fuerunt autem perquàm similia iis quæ scripsit Philippus. Nam dùm de nobis Philippum criminantibus quereretur, etiam vos incusabat; scilicet vos, quum incitaretur rex ad benè de vobis merendum, et vos amicos expeteret præ ceteris Græcis, illius desideriis obsistere, calumniatorum dicta approbantes qui eum criminarentur à quo pecuniam peterent. Quum enim ad illum afferuntur talia dicta, quibus ut ipse proscinditur, ità vos oblectamini, mutari ejus animum, quòd iis videatur infidus de quibus benè mereri statuit. Proindè vetabat, ne populi oratores pacem reprehenderent (nec enim eam esse dissolvendam), sed si in pacis conditionibus aliquid perperàm scriptum esset, id jubebat emendare; quippè Philippum facturum esse omnia quæ vos decrevissetis. Quòd si oratores calumniari pergerent, et ipsi tamen scriberent nihil, per quod et pax firmaretur, et Philippus desineret perfidus haberi, istiusmodi hominibus non esse auscultandum.

5°. Hæc vos audientes probabatis, et diceba-

l. 19 et 20. μὴ προσέχειν τὸν νοῦν refer ad ἐκέλευσεν.

δέχεσθε, καὶ δίκαια ἔφατε τὸν Πύθωνα λέγειν· καὶ ἦν δίκαια. Ἔλεγε δὲ τοὺς λόγους τούτους, οὐχ ὅπως λυθείη ἐκ τῆς εἰρήνης ἃ ἦν ἐκείνῳ συμφέροντα, καὶ ὧν πολλὰ χρήματα ἀνηλώκει ὥστε γενέσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα διδασκάλων προδεδιδαγμένος, οἳ οὐκ ᾤοντο εἶναι τὸν γράψοντα ἐναντία τῷ Φιλοκράτους ψηφίσματι, τῷ ἀπολλύντι Ἀμφίπολιν.

Ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παράνομον μὲν οὐδὲν ἐτόλμησα γράψαι, τῷ δὲ Φιλοκράτους ψηφίσματι, ὃ ἦν παράνομον, τἀναντία ἔγραψα, ὡς ἐγὼ ἐπιδείξω. Τὸ γὰρ ψήφισμα, τὸ τοῦ Φιλοκράτους, καθ' ὃ ὑμεῖς ἀπώλλυτε Ἀμφίπολιν, ἐναντίον ἦν τοῖς προτέροις ψηφίσμασι, καθ' ἃ ὑμεῖς ἐκτήσασθε ταύτην τὴν χώραν. Τοῦτο μὲν οὖν παράνομον ἦν τὸ ψήφισμα, τὸ τοῦ Φιλοκράτους· καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν τὸν τὰ ἔννομα γράφοντα τὰ αὐτὰ τῷ παρανόμῳ ψηφίσματι γράφειν. Ἐκείνοις δὲ τοῖς προτέροις ψηφίσμασι τοῖς οὖσιν ἐννόμοις, καὶ σώζουσι τὴν ὑμετέραν χώραν, τὰ αὐτὰ γράφων, ἔννομά τ' ἔγραφον, καὶ ἐξήλεγχον τὸν Φίλιππον, ὅτι ἐξηπάτα ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἐπανορθώσασθαι ἐβούλετο τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας ἀπίστους καταστῆσαι.

Καὶ ὅτι μὲν δοὺς τὴν ἐπανόρθωσιν, νῦν ἔξαρνός ἐστιν, ἅπαντες ἴστε. Φησὶ δὲ Ἀμφίπολιν ἑαυτοῦ

Digitized by Google

tis Pythonem æqua postulare, ut erant æqua. Dicebantur autem non ut ea quæ illi utilia fuerunt, et pro quibus magnam pecuniam dilargitus fuerat, è fœdere tollerentur, sed ab istis hìc magistris priùs edoctus fuerat, qui putabant fore neminem qui Philocratis decreto per quod Amphipolis periit, intercedere auderet.

Ego verò, Athenienses, nihil contrarium legibus scribere ausus sum, at decreto Philocratis quod cum legibus pugnabat, scripsi contraria, ut ego demonstrabo. Nam Philocratis decretum quo vos perdidistis Amphipolim, prioribus decretis adversabatur per quæ vos illam obtinuistis regionem. Ac decretum quidem Philocratis erat legibus contrarium, neque fieri poterat ut is qui scriberet legibus congrua, scriberet consentanea decreto legibus contrario. Quum autem prioribus illis decretis, quæ et legitima erant, et vestram vobis servabant ditionem, scriberem consentanea, cùm legitima scripsi, tùm Philippum coargui, ut qui et fucum vobis faceret, et pacem nollet emendari, sed id ageret ut oratoribus reipublicæ studiosis fides apud vos abrogaretur.

Ac eum quidem fœderis emendandi licentiam quam vobis dedit, nunc à se datam esse negare,

εἶναι· ὑμᾶς γὰρ ψηφίσασθαι ἐκείνου εἶναι, ὅτ' ἐψηφίζεσθε ἔχειν αὐτὸν ἃ εἶχεν. Ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ψήφισμα τοῦτο ἐψηφίσασθε, οὐ μέντοι γε ἐκείνου εἶναι Ἀμφίπολιν. Ἔστι γὰρ ἔχειν καὶ τἀλλότρια· καὶ οὐχ ἅπαντες οἱ ἔχοντες, τὰ ἑαυτῶν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τἀλλότρια κέκτηνται. Ὥστε τοῦτό γε τὸ σοφὸν αὐτοῦ, ἠλίθιόν ἐστι. Καὶ τοῦ μὲν Φιλοκράτους ψηφίσματος μέμνηται, τῆς δὲ ἐπιστολῆς ἣν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμψεν ὅτε Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἐπιλέλησται· ἐν ᾗ ὡμολόγει τὴν Ἀμφίπολιν ὑμετέραν εἶναι. Ἔφη γὰρ ἐκπολιορκήσας ὑμῖν ἀποδώσειν, ὡς οὖσαν ὑμετέραν, καὶ οὐ τῶν ἐχόντων. Κἀκεῖνοι μὲν, ὡς ἔοικεν, οἱ πρότερον ἐν Ἀμφιπόλει οἰκοῦντες πρὶν Φίλιππον λαβεῖν, τὴν Ἀθηναίων χώραν εἶχον· ἐπειδὴ δὲ Φίλιππος αὐτὴν εἴληφεν, οὐ τὴν Ἀθηναίων χώραν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ ἔχει. Οὐδὲ Ὄλυνθόν γε, οὐδὲ Ἀπολλωνίαν, οὐδὲ Παλλήνην, οὐκ ἀλλοτρίας, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ χώρας κέκτηται. Ἀρ ὑμῖν δοκεῖ πεφυλαγμένως ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλειν, ὅπως ἂν φαίνηται καὶ λέγων καὶ πράττων ἃ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαια εἶναι, ἀλλ' οὐ σφόδρα καταπεφρονηκέναι· ὃς τὴν χώραν ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν ὑμετέ-

---

l. 21 et 22. ad infinitivum καταπεφρονηκέναι, subaudiri debet ὑμῶν vel Ἀθηναίων.

Digitized by Google

omnes scitis. Dicit verò suam esse Amphipolim; quippè vos eam sibi tradidisse, quum decerneretis ut quæ habebat haberet. Atqui vos tale decretum sanè fecistis, at Amphipolim ipsius esse nunquam decrevistis. Haberi enim possunt etiam aliena; nec omnes qui habent, sua habent, quum multi etiam aliena possideant. Quare istæ illius argutiæ ineptæ sunt. Ac decreti quidem Philocratis meminit, epistolæ autem illius quam misit ad vos dùm obsideret Amphipolim, oblitus est; in quâ confitebatur Amphipolim esse vestram, et promittebat eam se vobis redditurum si expugnasset, ut quæ esset vestra, non eorum qui tunc tenebant. Proindè qui priùs incolebant Amphipolim quàm eam vi caperet Philippus, Atheniensium regionem habebant scilicet: postquam verò eamdem Philippus cepit, non tenet regionem Atheniensium, sed suam. Imò ne Olynthum quidem, non Apolloniam, non Pallenen tenet ut alienas, sed ut suas. Numquid vobis videtur cautè et circumspectè scribere omnia, ut appareat eum et dicere et agere quæ apud omnes homines justa habentur, ac non potiùs hominum existimationem penitùs despicere, qui regionem illam quam Græci et rex Persarum decreverunt et confessi sunt esse vestram,

ραν εἶναι, ταύτην φησὶν ἑαυτοῦ καὶ οὐχ ὑμετέραν εἶναι;

Περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος ὃ ὑμεῖς ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐπηνωρθώσασθε· τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὅσοι μὴ κοινωνοῦσι τῆς εἰρήνης, ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους εἶναι, καὶ ἐάν τις ἐπ' αὐτοὺς στρατεύῃ, βοηθεῖν τοὺς κοινωνοῦντας τῆς εἰρήνης· οὐχ ἡγούμενοι δίκαιον εἶναι τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον, ἡμᾶς μόνον καὶ τοὺς ξυμμάχους τοὺς ἡμετέρους, καὶ Φίλιππον καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἐκείνου, ἄγειν τὴν εἰρήνην· τοὺς δὲ μήτε ἡμετέρους ὄντας, μήτε Φιλίππου ξυμμάχους, ἐν μέσῳ κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἀπόλλυσθαι· ἀλλὰ καὶ τούτοις διὰ τὴν ἡμετέραν εἰρήνην ὑπάρχειν σωτηρίαν, καὶ τῷ ὄντι εἰρήνην ἡμᾶς ἄγειν, καταθεμένους τὰ ὅπλα· τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα ὁμολογῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ὡς ἀκούετε, δίκαιόν τε εἶναι καὶ δέχεσθαι, Φεραίων μὲν ἀφήρηται τὴν πόλιν, καὶ φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέστησεν, ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν, ἐπὶ δ' Ἀμβρακίαν στρατεύεται, τὰς δὲ ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν καὶ Βούχεταν καὶ Ἐλάτειαν, Ἠλείων ἀποικίας, κατακαύσας τὴν χώραν καὶ τὰς

---

l. 7 et seq. vulg. habet ἡγούμενοι καὶ δίκαιον εἶναι τοῦτο.... μὴ μόνον ἡμᾶς, quod emendavi ut legitur : quæ emendatio mihi necessaria visa fuit ut constet phrasis. Cod. K, sicut et

eam suam esse et non vestram asseveret?

6°. Quantùm ad alterum caput quod in pace emendavistis, ut nempè ceteri Græci qui fœdere non continerentur liberi essent suisque viverent legibus, ac si quis eos invaderet, ut eis fœderati ferrent auxilium; non arbitrantes hoc æquum esse et humanum, quum nos sociique nostri, quum Philippus ejusque socii pacem agerent, alios qui neque nostri neque Philippi socii essent, desertos et relictos perdi à potentioribus, sed hos quoque propter nostram pacem esse incolumes, et nos reverà pacem agere qui arma posuissemus: is porrò qui in epistolà suà, ut audivistis, hanc emendationem fatetur æquam esse et à se recipi, Pheræis urbem eripuit, et arci imposuit præsidium, ut scilicet suis legibus vivant, contrà Ambraciam verò duxit exercitum, tres urbes in Cassopià, Pandosiam, Buchetam et Elateiam, Eleorum colonias, exustis agris,

---

ceteri codices, se habet ut vulgata, nisi quòd omittat εἶναι post δίκαιον.

l. 15 et 16. τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα: hîc completur phrasis quæ incipit l. 3. περὶ δὲ τοῦ, et δὲ post τοῦτο valet ad periodum resumendam longiùs circumductam.

l. 17. vulg. Φεραίων τε: recidi τε quod non habent plurimi codd.

πόλεις βιασάμενος, παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ, δουλεύειν. Σφόδρα γε βούλεται τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους εἶναι καὶ αὐτονόμους, ὡς δηλοῖ τὰ ἔργα.

Περὶ δὲ τῶν ὑποσχέσεων, ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπισχνούμενος, ὡς μεγάλα ὑμᾶς εὐεργετήσων, καταψεύδεσθαί μέ φησιν αὐτοῦ, διαβάλλοντα πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν πώποτέ φησιν ὑπεσχῆσθαι. Οὕτως ἀναιδής ἐστιν, ὁ ἐν ἐπιστολῇ γεγραφὼς, ἣ ἔστι καὶ νῦν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ὅτ' ἐπιστομιεῖν ἡμᾶς ἔφη τοὺς αὐτῷ ἀντιλέγοντας, ἐὰν ἡ εἰρήνη γένηται· τοσαῦτα ἀγαθὰ ὑμᾶς ποιήσειν, ἃ γράφειν ἂν ἤδη, εἰ ᾔδει τὴν εἰρήνην ἐσομένην, δῆλον ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν ἃ ἐμέλλομεν πείσεσθαι, τῆς εἰρήνης ἐσομένης. Γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης, ἃ μὲν ἡμεῖς ἐμέλλομεν ἀγαθὰ πείσεσθαι ἐκποδών ἐστι, φθορὰ δὲ τῶν Ἑλλήνων τοσαύτη γέγονεν ὅσην ὑμεῖς ἴστε. Ὑμῖν δ' ἐν τῇ νῦν ἐπιστολῇ ὑπισχνεῖται, ἐὰν τοῖς μὲν αὐτοῦ φίλοις καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ λέγουσι πιστεύητε, ἡμᾶς δὲ τοὺς διαβάλλοντας αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς τιμωρήσησθε, ὡς μεγάλα ὑμᾶς εὐεργετή-

l. 2. vulg. καὶ σφόδρα : delevi καὶ quod abest etiam à codicibus plurimis.

l. 9 et 10. καὶ abest à vulgatâ : addidi monente Volfio.

l. 10. ὅτ' ἔφη, idem valet ac ἐν ᾗ ἔφη.

l. 12. γράφειν, hic infinitivus regitur ab ἔφη quod præces-

Digitized by Google

oppidisque vi subactis, Alexandro affini suo in servitutem dedit. Ille sanè vehementer cupit Græcos esse liberos, suisque vivere legibus, ut facta ipsa declarant.

7°. De pollicitationibus verò quibus vos lactat indesinenter, tanquam magna in vos beneficia collaturus, se falsò à me accusari, et apud Græcos in invidiam adduci dicit, quum vobis nihil unquam sit pollicitus. Usque adeò impudens est, is ipse qui in eà epistolà quæ adhuc in *bouleuterio* habetur, scribebat se nobis sibi adversantibus os obturaturum si pax fieret, tot se beneficia in vos collaturum, quæ scripsisset jam tunc si novisset pacem futuram esse: bona illa nimirùm quæ accepturi eramus prompta erant et expedita, si pax fieret. At, factà pace, beneficia in nos conferenda evanuerunt, tantaque Græciæ vastatio consecuta est quantam vos scitis. Vobis autem in hàc epistolà pollicetur, si et suis amicis ac defensoribus credatis, et nos puniatis qui ipsum apud vos criminamur, se in vos fore be-

---

sit. Primò conjeceram legendum ἐγγράφειν.

l. 21. vel intellige ὡς μεγάλα, *quàm maxima*, vel εὐεργετήσειν muta in εὐεργετήσει, quod ultimum habent codd. L, N, (hic habet superscriptum εὐεργετήσειν) Ald. et Fel.

Digitized by Google

σειν. Τὰ μέντοι εὐεργετήματα, τοιαῦτα ἔσται· οὔτε τὰ ὑμέτερα ὑμῖν ἀποδώσει (ἑαυτοῦ γάρ φησιν εἶναι), οὔτε ἐν τῇ οἰκουμένῃ αἱ δωρεαὶ ἔσονται, ἵνα μὴ διαβληθῇ πρὸς τοὺς Ἕλληνας· ἀλλ' ἄλλη τις χώρα καὶ ἄλλος τις τόπος, ὡς ἔοικε, φανήσεται, οὗ ὑμῖν αἱ δωρεαὶ δοθήσονται.

Περὶ δὲ ὧν ἐν τῇ εἰρήνῃ εἴληφε χωρίων, ὑμῶν ἐχόντων, παρασπονδῶν καὶ λύων τὴν εἰρήνην, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει ὅ, τι εἴπῃ, ἀλλ' ἀδικῶν φανερῶς ἐξελέγχεται, ἐπιτρέπειν φησὶ περὶ τούτων ἕτοιμος εἶναι ἴσῳ καὶ κοινῷ δικαστηρίῳ· περὶ ὧν μόνων οὐδὲν δεῖ ἐπιτροπῆς, ἀλλ' ἀριθμὸς ἡμερῶν ἐστιν ὁ κρίνων. Ἅπαντες γὰρ ἴσμεν τίνι μηνὶ καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἴσμεν, κἀκεῖνα ἴσμεν τίνι μηνὶ καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ Σέῤῥιον τεῖχος, καὶ Ἐργίσκη, καὶ Ἱερὸν Ὄρος ἑάλω. Οὐ δὴ ἀφανῆ ἐστι ταῦτα οὕτω πραχθέντα, οὐδὲ κρίσεως δεόμενα, ἀλλὰ πᾶσι γνώριμα, πότερος πρότερος μήν ἐστιν ἐν ᾧ ἡ εἰρήνη ἐγένετο ἢ ἐν ᾧ τὰ χωρία ἑάλω. Φησὶ δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ὑμῶν, ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ ἑάλωσαν, ἀποδε-

l. 15. pro τίνι in vulgatâ correxi ποίᾳ : atque ità scriptum reperi in codicibus L, P et Ee. Permulti coddices ubique legunt τίνι, nullibi ποίᾳ.

l. 18. vulgata habet πότερος μὴν sine πρότερος : adjeci πρότερος consentientibus universis ferè codicibus. Evidens est aliquos libros manuscriptos et impressos omisisse πρότερος ob

Digitized by Google

neficentissimum. At illa beneficia erunt hujusmodi, neque vestra vobis reddet (sua enim esse contendit), neque dona in hoc orbe habitabili locabuntur ut non incurrat in odium Græcorum; sed verisimile est fore ut aliqua alia regio et alius aliquis locus subitò emergat ubi dona illa vobis dabuntur.

De oppidis autem quæ, quum vestra essent, tempore pacis occupavit, fœdere rupto et pace despectâ, postquam non habet quid respondeat, sed injuriarum palàm convincitur, de his arbitrium æquo et communi judicio permittere se paratum esse dicit, quum ea sola sententiam judicis non requirant, sed ipse dierum numerus sit judex. Omnes enim scimus quo mense et quoto die pax facta sit. Quemadmodum autem hæc scimus, sic nec illa ignoramus quo mense, et quoto die Serrium castrum, Ergisce, et Sacer Mons capta sint. Non utique res peractæ ità obscuræ sunt ut disceptatio requiratur, at notum omnibus priorem fuisse mensem eum quo pax facta est quàm quo illa oppida capta sunt. Porrò ait quotquot in bello è vestris civibus, eos captivos se vobis reddidisse; quum Ca-

viciniam et similitudinem vocis πότερος.

δοκέναι· ὅς τὸν μὲν Καρύστιον, τὸν πρόξενον τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὑπὲρ οὗ ὑμεῖς τρεῖς πρεσβείας ἐπέμψατε, τοῦτον ἀπαιτοῦντες τὸν ἄνδρα, ἐκεῖνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι, ὥστε ἀπέκτεινε, καὶ οὐδὲ ἀναίρεσιν ἔδωκεν ἵνα ταφῇ.

Περὶ δὲ Χεῤῥονήσου, ἃ μὲν ἐπιστέλλει πρὸς ἡμᾶς ἄξιόν ἐστιν ἐξετάσαι, ἔτι δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι. Τὸν μὲν γὰρ τόπον ἅπαντα τὸν ἔξω Ἀγορᾶς, ὡς ἑαυτοῦ ὄντα, καὶ ὑμῖν οὐδὲν προσήκοντα, δέδωκε καρποῦσθαι Ἀπολλωνίδῃ τῷ Καρδιανῷ. Καίτοι Χεῤῥονήσου οἱ ὅροι εἰσὶν οὐκ Ἀγορὰ, ἀλλ' ὁ βωμὸς τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου· ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ, καὶ Λευκῆς Ἀκτῆς, οὗ ἡ διωρυχὴ ἔμελλε Χεῤῥονήσου ἔσεσθαι, ὥς γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου δηλοῖ. Ἔστι δὲ τουτί·

Τόνδε καθιδρύσαντο θεῷ περικαλλέα βωμὸν,
    Λευκῆς καὶ Πτελεοῦ μέσσον ὅρον θέμενοι,
Ἐννάεται, χώρης σημήϊον. Ἀμμορίης δὲ
    Αὐτὸς ἄναξ μακάρων ἐστὶ μέσος Κρονίδης.

Ταύτην μέντοι τὴν χώραν, τοσαύτην οὖσαν, ὅσην

l. 1 et seq. ὅς τὸν μὲν.... ἐκεῖνος οὕτω.... hujus phraseos constructio peccat contrà grammaticæ regulas, nam duo sunt nominativi ὅς et ἐκεῖνος, sed hujus irregularitatis plura occurrunt exempla apud oratores. Πρεσβείας: codd. K, L et Ald. v. πρέσβεις.

l. 6. vulg. ἅ τε: correxi ἃ μὲν, ità postulante nexu phraseos.

ristium, nostræ civitatis hospitem, cujus viri resposcendi gratiâ vos tres legationes misistis, tàm vehementer voluerit vobis condonare, ut ipsum interfecerit, nec interfecti cadaver dederit ad sepulturam.

9°. Jam de Chersoneso ea quæ ad vos scribat perpendere fuerit operæ prætium, et præter hæc etiam ea quæ agit cognoscere. Nam locum omnem qui extrà Forum est, ut suum et nihil ad vos attinentem, Apollonidæ Cardiano fruendum concessit. Atqui Chersonesi limites sunt non Forum, sed ara Jovis terminalis, quæ est intrà Pteleum et Leucam, quo in loco fossa ducenda fuit quâ Chersonesus disterminaretur. Id quod aræ inscriptio Jovis terminalis indicat. Quæ sic jacet:

Limes ut in medio Leucæ Pteleique notetur,
  Hæc summo pulchra est ara sacrata Jovi.
Ne populos turbet contentio, Juppiter ipse
  Rex superûm medius limite signat agros.

Hâc igitur regione quæ tanta est quantam

---

l. 7. ταῦτ' refertur simul et ad ἃ ἐπιστέλλει et ad ἃ πράττει.

l. 12 et 15. pro ὀρείου in vulg. bis dedi cum Reiskio, legentibus ità codd. K et M, ὁρίου, *terminalis, regendis finibus praepositi.*

l. 18. ἔνναιται, *habitatores.* Ἀμμορίης: subaudio ἕνεκα, et explico *discretionis causâ*, i. e. ut agri discernantur.

οἱ πολλοὶ ὑμῶν ἴσασιν, ὡς ἑαυτοῦ οὖσαν, τὴν μὲν αὐτὸς καρποῦται, τὴν δὲ ἄλλοις δωρεὰν δέδωκε, καὶ ἅπαντα τὰ κτήματα τὰ ὑμετέρα ὑφ᾽ ἑαυτῷ ποιεῖται. Καὶ οὐ μόνον τὴν ἔξω Ἀγορᾶς χώραν σφετερίζεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς Καρδιανοὺς, οἳ οἰκοῦσι ἔσω Ἀγορᾶς, ἐπιστέλλει ἐν τῇ νῦν ἐπιστολῇ, ὡς δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι πρὸς Καρδιανοὺς, τοὺς οἰκοῦντας ἐν τῇ ὑμετέρᾳ, εἴ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε. Διαφέρονται δὲ πρὸς ὑμᾶς σκέψασθε εἰ περὶ μικροῦ. Ἑαυτῶν φασὶ τὴν χώραν οὖσαν οἰκεῖν, καὶ οὐχ ὑμετέραν εἶναι· καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, εἶναι ἐγκτήματά φασιν ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ, τὰ δὲ αὐτῶν, κτήματα ὡς ἐν οἰκείᾳ· καὶ ταῦτα ὑμέτερον πολίτην γράψαι ἐν ψηφίσματι Κάλλιππον Παιανιέα. Καὶ τοῦτό γε ἀληθὲς λέγουσιν· ἔγραψε γάρ. Καὶ ἐμοῦ γε αὐτὸν γραψαμένου παρανόμων γραφὴν, ὑμεῖς ἀπεψηφίσασθε. Τοιγάρτοι ἀμφισβητήσιμον ὑμῖν τὴν χώραν κατεσκεύακεν. Ὁπότε δὲ περὶ τούτου τολμήσειε πρὸς Καρδιανοὺς διαδικάζεσθαι, εἴθ᾽ ὑμετέρα ἐστὶν εἴτ᾽ ἐκείνων ἡ χώρα, διὰ τί οὐ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους Χεῤῥονησίτας τὸ αὐτὸ δίκαιόν ἐστι; Καὶ οὕτως ὑβριστικῶς ὑμῖν

---

l. 5. vulg. ἔξω ἀγορᾶς, legi, postulante sensu, ἔσω ἀγορᾶς, et ità dat Fel. Codd. N et Cc legunt εἴσω quod L dat ad marginem. Codd. D et K habent ἔσω scriptum suprà ἔξω.

l. 11 et 12. hoc est Ulpiani scholium; κτῆμα, inquit, ἐγκτή-

nôrunt plerique vestrûm, partìm ut suâ ipse fruitur, partìm aliis eam dono dedit, omnesque possessiones vestras sibi vindicat. Nec eam tantummodò usurpat regionem quæ extrà Forum est, sed et in hâc epistolâ scribit vos oportere cum Cardianis qui intrà Forum habitant judicio transigere, si qua vobis cum illis controversia sit, cum Cardianis, inquam, qui in ditione vestrâ consederunt. Considerate autem num parvâ de re illi vobiscum controvertant. Se dicunt regionem incolere quæ sua sit, et non vestra; et quidquid vos ibi possideatis, id vos possidere tanquam in alienâ ditione partum, at quæ ipsi teneant, se tenere tanquam fundos in suâ terrâ; et hæc civem vestrum, Callippum Pæaniensem, decreto scripsisse. In quo haud sanè mentiuntur, scripsit enim. Quem quum ego violatarum legum reum fecissem, vos absolvistis. Proindè id effecit ut eâ de regione haberetis controversiam. Quòd si vos non pudebit de hoc in judicium venire contrà Cardianos utrùm ea regio vestra, an verò ipsorum sit, cur non eodem etiam contrà Chersonitas reliquos jure utimini?

ματος διαφέρει. Κτῆμα μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν τις ἐν οἰκείᾳ γῇ κτήσηταί τι χωρίον· ἔγκτημα δὲ, ὅταν ἐν ἀλλοτρίᾳ.

κέχρηνται, ὥστε φησὶν ἐὰν μὴ θέλωσι διαδικάζεσθαι οἱ Καρδιανοὶ, αὐτὸς ἀναγκάσειν· ὡς ὑμῶν γε οὐκ ἂν δυναμένων ἀναγκάσαι οὐδὲ Καρδιανοὺς τὰ δίκαια πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὑμεῖς οὐ δύνασθε, αὐτός φησι τοῦτο ἀναγκάσειν αὐτοὺς ποιῆσαι. Ἆρ' οὐ μεγάλα ὑμᾶς φαίνεται εὐεργετῶν;

Καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τινες εὖ ἔφασαν γεγράφθαι· οἱ πολὺ ἂν δικαιότερον ὑφ' ὑμῶν, ἢ Φίλιππος, μισοῖντο. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἑαυτῷ κτώμενος δόξαν καὶ μεγάλα ἀγαθὰ, ἅπαντα καθ' ὑμῶν πράττει· ὅσοι δὲ Ἀθηναῖοι ὄντες, μὴ τῇ πατρίδι, ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐνδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε. Ὑπόλοιπόν μοι ἐστὶν ἔτι, πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τὴν εὖ ἔχουσαν, καὶ τοὺς λόγους τῶν πρέσβεων, γράψαι τὴν ἀπόκρισιν ἣν ἡγοῦμαι δικαίαν τε εἶναι καὶ συμφέρουσαν ὑμῖν.

---

l. 16. τὴν εὖ : iteravi τὴν juxtà plerosque consultos à me codices. Ceterùm quivis lector nec monitus animadvertit has

Digitized by Google

Quin insultat vobis adeò contumeliosè, ut aiat, si Cardiani venire in judicium recusent, se eos coacturum : quasi verò vos ne Cardianos quidem possitis adigere ad ea vobis præstanda quæ justa sunt. Quod quum vos nequeatis, ipse se illos ad id faciendum coacturum dicit. An non manifestum est ipsum magna in vos conferre beneficia ?

Orationis conclusio.

Nec desunt tamen qui hanc epistolam egregiè scriptam esse asserant : qui quidem majore vestro, quàm Philippus, odio digni sunt. Is enim, dùm vobis in rebus omnibus adversatur, sibimetipsi gloriam et magnas opes acquirit : at quicumque, Athenienses quum sint, benevolentiam ergà Philippum , non ergà patriam significant, eos convenit à vobis malos malè perdi, si modò vos cerebrum in temporibus, non in calcibus, conculcatum geritis. Reliquum adhuc mihi est ut et ad præclaram istam epistolam , et dicta legatorum, responsum scribam quod et æquum esse et vobis utile existimem.

---

voces τὴν εὖ ἔχουσαν ironicè debere accipi.

ANALYSIS

ORATIONIS DE CHERSONESO.

Propositum.

Quum Atheniensibus Chersonesum cessisset Cersobleptes Thraciæ rex, Cardia, hujus regionis maxima civitas, detrectato Athenarum imperio, se addixerat regi Macedonum, qui eam in fidem suam ac tutelam receperat. Miserunt Athenienses coloniam in Chersonesum, et ejus coloniæ ducem constituerunt Diopithem, patrem Menandri illius comœdiarum scriptoris. Qui cum exercitu profectus, ut Philippi motus et consilia exploraret, quum illum videret pergentem tueri Cardiam, maritimam Thraciam, quæ Macedoniæ parebat, incursionibus vexat ac populatur, et antequam rex revertatur è superiori Thraciâ ubi gerebat bellum, in tuta se recipit. Quum ille armis tunc ulcisci non posset, ducem atheniensem per litteras accusat tanquam pacis violatorem. Oratores itaque Philippo studentes in Diopithem invecti, supplicium de eo sumi jubent. Eis adversatur Demosthenes, atque hâc oratione defendit Diopithem, et vehementer accusat Philippum, ut qui prior pacem violârit; negat imprimis, et in hoc instat maximè, exercitum esse dimittendum.

Exordium.

Hortatur Athenienses orator ut, dùm alii odio vel gratiâ adducti, animo suo morem gerentes, dicunt, ipsi ea quæ

sunt è republicâ et decernant et faciant. Monet hîc non agi de Diopithe et ejus actis, sed de Chersoneso servandâ, sed de Philippo coercendo, ne ea ille præripiat, quæ restitui in integrum non poterunt.

Confirmatio.

1°. Eos oratores impugnat Demosthenes qui dicebant decere omninò ut consultor planè vel bellum gerere vel servare pacem juberet. Ostendit non dari optionem, sed illud omnium justissimum maximéque necessarium relinqui Atheniensibus ut eum ulciscantur qui prior ipsis bellum intulit.

2°. Probat non exercitum esse dimittendum, quòd indè plura evenirent incommoda.

3°. Non modò non dimittendus est exercitus, sed novis etiam suppetiis augendus, nisi velint Athenienses ea facere quæ maximè Philippus optârit, et eo modo se gerere quo ille cupiat. Hincque per occasionem ipsos objurgat qui neque possint quiescere, neque ea agere studeant quæ expediunt.

4°. In eos orator invehitur qui, dùm criminabantur Diopithem, prohibebant ne victus exercitui suppeditaretur, ipsumque jubebant per imperatorem et copias revocare.

5°. Ipsos increpat Athenienses, qui alium existimant malorum omnium autorem ac ipsum Philippum, et molestè ferunt si quis illum armis coercendum contendat. Per figuram alios Græcos loquentes inducit et Atheniensibus inertiam simul et inquietem animum exprobrantes.

6°. Respondet iis qui interrogant quidnam agendum sit, Athenienses debere esse persuasos Philippum pacem violasse, civitati suæ bellum inferre, hanc deletam velle, et omnia quæ molitur et apparat nunc ad hanc oppugnandam pertinere, ac proindè istis deponendam esse perniciosam socordiam et habendas esse paratas semper legiones.

7°. Hortatur suos cives magnâ cum vehementiâ ut fortiter resistant Philippo, etiamsi pro certo tenerent illum in se non impetum esse facturum, ob dedecus quod ex ignaviâ orietur.

8°. Nonnulli jactitabant pacis commoda, exercitûs alendi molestias, et pecuniarum publicarum direptiones: his omnibus occurrit orator, moxque expendit cùr Philippus non dicatur bellum excitare qui tàm manifestè bellum gerit, et ii dicantur excitare qui clamant Philippo esse resistendum; cujus vis eò validiùs propulsanda est quò certior et gravior in civitatem atheniensem incumbet, quam ille cupit penitùs exscindere.

9°. Verùm cur Philippus idem Atheniensibus insultat, quum alios saltem benefaciendo deceperit? Quia nempè in solâ civitate atheniensi causam hostium agere impunè licet: quod probatur per exempla. Hinc ii qui pro Philippo loquuntur divites sunt facti et illustres dùm è contrà civitas inops est et obscura.

10°. Nonnulli dicebant de Demosthene, alii eum esse mollem ac timidum, alii verba tantùm ab ipso proficisci. Ille utrisque respondet magno spiritu, et per exemplum Timothei probat res confici tandem dùm loquuntur oratores et audientes agunt.

11°. Concludit exponendo quid agendum sit Atheniensibus ut res prosperè succedant; sine quo frustrà et orator locutus fuerit et auditores oratori applauserint.

Dicta est hæc oratio tertio anno olympiadis CIX, sub archonte Sosigene.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΕΝ ΧΕΡΡΟΝΗΣΩ ΛΟΓΟΥ.

Ὁ ΛΌΓΟΣ οὗτος, ὑπὲρ Διοπείθους εἴρηται, καὶ ὧν ἐκεῖνος παρὰ Ἀθηναίοις κατηγόρητο. Ἦν μὲν γὰρ Χεῤῥόνησος ἡ πρὸς Θρᾴκην τῶν Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον· εἰς δὲ ταύτην ἀπέστειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς, κληρούχους ἑαυτῶν. Ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀκτήμονες οἶκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν· καὶ ἐλάμβανον οἱ πεμπόμενοι ὅπλα τε ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ ἐφόδιον. Καὶ νῦν τοίνυν τοῦτο γέγονε· καὶ πεπόμφασιν ἐποίκους εἰς τὴν Χεῤῥόνησον, στρατηγὸν αὐτοῖς δόντες Διοπείθην. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Χεῤῥονησῖται, τοὺς ἐπελθόντας ἐδέξαντο, καὶ μετέδωκαν αὐτοῖς καὶ οἰκιῶν καὶ γῆς· Καρδιανοὶ δὲ οὐκ ἐδέξαντο, λέγοντες ἰδίαν χώραν οἰκεῖν, καὶ οὐκ Ἀθηναίων. Ἐντεῦθεν οὖν Διοπείθης ἐπολέμει Καρδιανοῖς. Οἱ δὲ παρὰ Φίλιππον καταφεύγουσι, καὶ ὃς ἐπιστέλλει τοῖς Ἀθηναίοις, μὴ βιάζεσθαι Καρδιανοὺς, ὡς αὐτῷ προσήκοντας, ἀλλὰ δικάζεσθαι πρὸς αὐτοὺς, εἴ τί φασιν ἀδικεῖσθαι. Ὡς δὲ οὐκ ἤκουον τούτων οἱ Ἀθηναῖοι, βοήθειαν τοῖς Καρδιανοῖς ἔπεμψεν. Ἐφ᾽ οἷς ἀγα-

l. 2. legunt κατηγορεῖτο codd. O et Ee, codd. L et M κατηγορεῖται, Dd κατηγορῆται.

l. 6. ἐποίκους: dant ἀποίκους codd. Dd et Ee.

Digitized by Google

LIBANII

ARGUMENTUM

ORATIONIS DE CHERSONESO.

HAC oratione defenditur Diopithes, et crimina illi apud Athenienses objecta diluuntur. Fuit Thracia Chersonesus antiqua possessio Atheniensium: qui Philippi temporibus colonos è suis civibus illuc miserunt, veteri more suo, quo pauperes atque inopes cives in extera sua oppida habitatum ablegabant, armis et viatico è publico datis. Id quod nunc quoque factum est, missis in Chersonesum colonis, et Diopithe cum imperio eis præfecto. Ac ceteri quidem Chersonitæ eos receperunt qui advenerant, et participes fecerunt ædium et agrorum: Cardiani verò non receperunt, quòd regionem suam tenere se dicerent, non Atheniensium. Hinc illi quum à Diopithe bello premerentur, confugiunt ad Philippum. Is porrò scribit ad Athenienses, ne Cardianis suis clientibus vim faciant, sed ut jure agant, si quam sibi factam esse injuriam querantur. Quod quum Athenienses detrectarent, auxilia ille

---

l. 9. legitur Χεῤῥονησιῶται in cod. Ee.

l. 12. ἐπολέμει: codd. L, M, U, Dd et Ee ἐπολέμησε.

l. 13. καὶ ὅς: habent ὅς καὶ codd. L, M, Dd et Ee.

l. 15. εἴ τι: codd. L, M, V, X, Dd et Ee, εἴ γε.

Ibid. ἀδικεῖσθαι: maxima codicum pars et ed. Par. ἠδικῆσθαι.

νακτήσας ὁ Διοπείθης, τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν μεσόγειαν τὴν ἄνω Θρᾴκην πολεμοῦντος πρὸς τὸν Ὀδρυσσῶν βασιλέα, τὴν παράλιον Θρᾴκην, ὑπήκοον οὖσαν τοῦ Μακεδόνος, κατέδραμε καὶ ἐπόρθησε· καὶ ἔφθη, πρὶν Φίλιππον ἐπανελθεῖν, ἀναχωρήσας εἰς τὴν Χεῤῥονήσον, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ γενόμενος. Διόπερ ὁ Φίλιππος οὐ δυνηθεὶς ὅπλοις αὐτὸν ἀμύνασθαι, πέπομφεν ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, κατηγορῶν τοῦ στρατηγοῦ, καὶ λέγων αὐτὸν παραβιβηκέναι τὴν εἰρήνην ἄντικρυς. Καὶ οἱ φιλιππίζοντες τῶν ῥητόρων, κατατρέχουσι τοῦ Διοπείθους, καὶ κολάζειν ἀξιοῦσιν αὐτόν. Πρὸς οὓς ὁ Δημοσθένης ἐναντιούμενος, διχῇ ὑπὲρ Διοπείθους ἵσταται. Οὔτε γὰρ ἄδικά φησιν αὐτὸν πεποιηκέναι· Φιλίππου γὰρ πολὺ πρότερον παραβάντος τὴν εἰρήνην, καὶ ἀδικοῦντος τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν, εἰκότως καὶ τοῦτον ἔργα πολεμίου διαπράττεσθαι· οὔτε συμφέρειν λέγει τοῖς Ἀθηναίοις, κολάσαι τὸν στρατηγὸν, καὶ διαλῦσαι τὴν ὑπ' ἐκείνου δύναμιν, ἥτις νῦν ἀποκρούεται Χεῤῥονήσου Φίλιππον. Τὸ δὲ ὅλον, ἐπὶ πόλεμον παρακαλεῖ· καὶ τοῦ Φιλίππου πολλὴν ποιεῖται κατηγορίαν, ὡς ἀδίκου καὶ παρασπόνδου, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύοντος. *

ΠΟΙΟΥ ΕΙΔΟΥΣ Ο ΛΟΓΟΣ.

ΤΙΝῈΣ ἐνόμισαν τὸν λόγον δικανικοῦ εἴδους, λέγοντες ὅτι ἀπολογίαν ἔχει Διοπείθους καὶ κατηγορίαν Φιλίππου. Ὁ δὲ Ἐπι-

---

l. 1 et 2. μεσόγειαν debet accipi adjectivè si servetur τὴν ἄνω Θρᾴκην, pro quo malim cum Volfio τῆς ἄνω Θρᾴκης.

l. 3 et 4. καὶ ἐπόρθησε· καί .... Multi codd. exhibent hanc lectionem ἐπόρθησεν αἰφνίδιον πρίν.

l. 5. ἐν ἀσφαλείᾳ : codd. L, M, Dd et Ee ἐν ἀσφαλεῖ.

l. 11. antè Διοπείθους iidem codd. addunt τοῦ.

l. 15. τὴν ὑπ' ἐκείνου : cod. U τὴν ἐκείνου.

Cardianis mittit. Hanc rem Diopithes graviter ferens, dùm Philippus in mediterraneis superioris Thraciæ cum Odryssorum rege bellum gerit, maritimam Thraciam, quæ Macedoni parebat, percurrit hostiliter et populatur, et antequam revertatur Macedonum rex, regressus in Chersonesum in tuta se recipit. Quum igitur Philippus armis ulcisci non posset, per litteras ducem illum apud Athenienses accusat ut qui omninò pacem violasset. Ac oratores quidem Philippi studiosi, invecti in Diopithem, supplicium de eo sumi jubent; eis autem Demosthenes adversatur, ac duplici ratione Diopithem defendit. Dicit enim eum non iniqua fecisse, siquidem haud immeritò committit hostilia, quum Philippus pacem prior violârit, et injurius sit ergà civitatem atheniensem; nec esse è republicà eum ducem supplicio affici, et ejus dimitti exercitum qui nunc Philippum Chersonesi aditu prohibeat. Omninò autem ad bellum hortatur, et vehementer Philippum accusat ut injurium et fœdifragum, Atheniensibus simul et reliquis Græcis insidiantem.

CUJUS GENERIS SIT HÆC ORATIO.

Quidam putârunt hanc orationem ad judiciale genus pertinere, quòd tùm Diopithis defensionem, tùm Philippi accu-

* Omnes manuscripti codices, quos quidem viderim, desinunt ad ἐπιβουλεύοντος, nec habent hypotheseos libanianæ appendicem. Habent Ald. et Fel. cum eodem titulo ac vulgata, ed. Par. habet inter scholia et sine titulo. Post ἐπιβουλεύοντος codd. Y et Ee hæc adjiciunt quasi per appendicem, οὗτος δὲ ὁ Διοπείθης Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ (Ee ποιητοῦ) ὁ δὲ Μένανδρος φίλος ἦν Δημοσθένους, (pergit Ee) δι᾽ ὃν ὑπὲρ Διοπείθους βουλεύεται.

φάνιος ὁ τεχνικὸς, συμβουλευτικοῦ λέγει αὐτὸν εἴδους εἶναι, ἐπειδὴ, φησὶ, τῆς κατηγορίας πλείονα τὴν συμβουλὴν ἔχει. Τὸ δὲ ἀληθέστερον, οὕτως. Ἐι γὰρ ἦν παρεστηκὼς ὁ, τε κατηγορούμενος καὶ ὁ διώκων, καλῶς ἂν, ὡς ἐν δικαστηρίῳ καὶ κρίσει αὐτῶν ὄντων, ἐλέγομεν εἶναι τὸν λόγον εἴδους δικανικοῦ. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὔτε δικαστήριον ἦν, οὔτε Διοπείθης παρῆν, οὔτε Φίλιππος, ἀλλ' ὁ ῥήτωρ προσκοπῶν οὔτε τὴν ἀπολογίαν Διοπείθους, οὔτε τὴν κατηγορίαν Φιλίππου, ἀλλὰ τῆς πόλεως τὸ συμφέρον συνεβούλευσε, καλῶς ἂν τὸν λόγον εἴποιμεν εἴδους εἶναι συμβουλευτικοῦ. Τὸ δὲ προοίμιον, ἀπὸ εὐνοίας, ἀπὸ συστάσεως τοῦ οἰκείου προσώπου. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ μὲν κατηγορεῖ, τοῦ δὲ ὑπεραπολογεῖται, τὴν ὑποψίαν ἀποκρούεται τῆς τε ἔχθρας καὶ τῆς εὐνοίας, διὰ τῆς πρὸς ἑτέρους εἰσηγήσεως.

---

l. 7. προσκοπῶν: Ald. et Fel. προσκόπτων.

Digitized by Google

sationem, contineat. Sed Epiphanius technicus deliberativi generis eam esse dicit, quòd in dando consilio diutiùs quàm in accusatione immoretur. Hoc sanè verius est. Nam si reus et accusator astitissent, rectè diceremus, quum hi in foro et judicio versarentur, judicialis generis esse orationem. Sed quia neque causa agebatur apud judices, neque vel Diopithes aderat, vel Philippus, atque oratori propositum erat, non ut defenderet Diopithem, neque ut accusaret Philippum, at ut reipublicæ utile daret consilium, rectè dicemus orationem suasorii esse generis. Exordium ducit à benevolentiâ et suæ personæ commendatione. Quum enim alterum accuset, alterum defendat, odii atque amicitiæ suspicionem amovet, dùm alios officii commonefacit.

Ο ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΡΡΟΝΗΣΩ

ΛΟΓΟΣ.

ἜΔΕΙ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν· ἀλλ' ὃ βέλτιστον ἕκαστος ἡγεῖτο, τοῦτ' ἀποφαίνεσθαι· ἄλλως τε καὶ περὶ κοινῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων ὑμῶν βουλευομένων. Ἐπειδὴ δ' ἔνιοι, τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δ' ἥτινι δήποτ' αἰτίᾳ, προάγονται λέγειν, ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς πολλοὺς δεῖ πάντα τἄλλ' ἀφέντας, ἃ τῇ πόλει νομίζετε συμφέρειν, ταῦτα καὶ ψηφίζεσθαι καὶ πράττειν.

Ἡ μὲν οὖν σπουδὴ, περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ πραγμάτων ἐστὶ καὶ τῆς στρατείας, ἣν ἑνδέκατον μῆνα τουτονὶ Φίλιππος ἐν Θρᾴκῃ ποιεῖται· τῶν δὲ λόγων οἱ πλεῖστοι, περὶ ὧν Διοπείθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν, εἴρηνται. Ἐγὼ δὲ ὅσα μέν τις αἰτιᾶταί τινα τούτων οὓς κατὰ τοὺς νόμους ἐφ' ὑμῖν ἐστὶν ὅταν βούλησθε κολάζειν, κἂν ἤδη δοκῇ, κἂν σμικρὸν

ORATIO

DE CHERSONESO.

Exordium.

AEquum esset, ò Athenienses, oratores vestros omnes, neque odio neque gratià cujusquam impulsos verbum ullum loqui, sed quod quisque optimum duceret id proferre, vobis præsertìm de publicis magnisque negotiis deliberantibus. Sed quia nonnulli, partìm æmulatione, partìm quàcumque de causà ad dicendum impelluntur, vestrûm est, ò Athenienses, quum sitis ipsi populus, ut, ceteris omnibus omissis, quæ futura esse putatis è republicà, ea et decernatis et exequamini.

Agitur autem nunc præcipuè de Chersoneso et de expeditione quam Philippus à mense jam undecimo suscepit; at pleræque orationes de rebus à Diopithe et peractis et inceptis habentur. Ego verò de criminibus quæ eis objiciuntur quos in vestrà potestate est quandò voletis punire ex legibus, nihil referre arbitror sive nunc

ἐπισχῶσι, περὶ αὐτῶν σκοπεῖν ἐγχωρεῖν ἡγοῦμαι, καὶ οὐ πάνυ δεῖ περὶ τούτων, οὔτ' ἐμὲ, οὔτ' ἄλλον οὐδένα, διϊσχυρίζεσθαι· ὅσα δ' ἐχθρὸς ὑπάρχων τῇ πόλει Φίλιππος, καὶ δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλήσποντον ὢν, πειρᾶται προλαβεῖν, κἂν ἅπαξ ὑστερήσωμεν οὐκ ἔθ' ἕξομεν σῶσαι, περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι, καὶ μὴ τοῖς περὶ τῶν ἄλλων θορύβοις καὶ ταῖς κατηγορίαις, ἀπὸ τούτων ἀποδράναι.

Πολλὰ δὲ θαυμάζων τῶν εἰωθότων λέγεσθαι παρ' ὑμῖν, οὐδενὸς ἧττον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τεθαύμακα, ὃ καὶ πρώην τινὸς ἤκουσα εἰπόντος ἐν τῇ βουλῇ, ὡς ἄρα δεῖ τὸν συμβουλεύοντα, ἢ πολεμεῖν ἁπλῶς ἢ ἄγειν τὴν εἰρήνην συμβουλεύειν. Ἔστι δὲ εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἄγει, καὶ μήτε τῶν ἡμετέρων ἔχει παρὰ τὴν εἰρήνην μηδὲν, μήτε συσκευάζεται πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ὑμᾶς, οὐκέτι δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἁπλῶς εἰρήνην ἀκτέον· καὶ τά γε ἀφ' ὑμῶν ἕτοιμα ὑπάρχονθ' ὁρῶ. Εἰ δ' ἃ μὲν ἡμεῖς ὀμό-

---

l. 1. vulg. ἐπισχοῦσι: potuisset servari ἐπισχοῦσι in dativo plurali participii præsentis, subaudiendo ὑμῖν et jungendo cum ἐγχωρεῖν, sed prætuli ἐπισχῶσι, quod dant plurimi codices.

l. 2. pro δεῖ aliqui legunt δεῖν referendo ad ἡγοῦμαι.

l. 4. δυνάμει, sub. σὺν vel ἐν, quod alterutrum Reiskius velit adjici.

l. 15. vulg. οὐδέν: prætuli ob euphoniam οὐκέτι quod codd.

Digitized by Google

sive morâ aliquâ interpositâ deliberetis, neque esse necessarium ut vel ego vel quisquam alius eâ de re magnam contentionem suscipiat. Verùm quæ Philippus, civitatis nostræ hostis, magnasque copias habens circà Hellespontum, vobis præripere conatur, quæque nos, occasione semel neglectâ, restituere in integrum nunquam poterimus, de his, opinor, expedit quamprimùm et decernere et paratos esse, neque ea propter turbas aliarum rerum et criminationes subterfugienda sunt.

1°. Quanquam autem multa quæ apud vos dici solent demiror, nuper tamen vel imprimis eum demirabar, Athenienses, quem in senatu dicentem audiebam, decere omninò ut consultor planè vel bellum gerere vel servare pacem juberet. Sic autem se habet res: si Philippus quiescit, neque neglectâ pace quidquam vobis ereptum tenet, neque omnes homines adversùs vos concitat, nihil est dicendum, sed planè agenda pax; et quod ad vos quidem attinet, parata esse omnia video. At si quæ nos

---

K, M habent in textu, et Dd proponit inter lineas.

l. 17. vulg. ὑπάρχειν: plerique libri habent ὑπάρχοντα, ego legi ὑπάρχονθ' quod dant aliqui.

σαμεν, καὶ ἐφ' οἷς τὴν εἰρήνην ἐποιησάμεθα, ἔστιν ἰδεῖν, καὶ γεγραμμένα κεῖται, φαίνεται δ' ἀπ' ἀρχῆς ὁ Φίλιππος, πρὶν Διοπείθην ἐκπλεῦσαι καὶ τοὺς κληρούχους, οὓς νῦν αἰτιῶνται πεποιηκέναι τὸν πόλεμον, πολλὰ μὲν τῶν ὑμετέρων ἀδίκως εἰληφὼς (ὑπὲρ ὧν ψηφίσμαθ' ὑμετέρα ἐγκαλοῦντα κύρια ταυτὶ), πάντα δὲ τὸν ἄλλον χρόνον συνεχῶς τὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων λαμβάνων, καὶ ἐφ' ἡμᾶς συσκευαζόμενος· τί τοῦτο λέγουσιν, ὡς πολεμεῖν ἁπλῶς ἢ ἄγειν εἰρήνην δεῖ; οὐ γὰρ αἵρεσίς ἐστιν ἡμῖν τοῦ πράγματος, ἀλλ' ὑπολείπεται τὸ δικαιότατον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν ἔργων, ὃ ὑπερβαίνουσιν ἑκόντες οὗτοι. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; ἀμύνεσθαι τὸν πρότερον πολεμοῦνθ' ἡμῖν. Πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι, νὴ Δία, ἕως ἂν ἀπέχηται τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Πειραιῶς ὁ Φίλιππος, οὔτ' ἀδικεῖ τὴν πόλιν, οὔτε ποιεῖ τὸν πόλεμον. Ἐι δ' ἐκ τούτων τὰ δίκαια τίθενται καὶ τὴν εἰρήνην ταύτῃ ὁρίζονται, ὅτι μὲν δήπουθεν οὔθ' ὅσια, οὔτ' ἀνεκτὰ λέγουσιν, οὔθ' ὑμῖν ἀσφαλῆ, δῆλόν ἐστιν ἅπασιν· οὐ μὴν ἀλλ' ἐναντία συμβαίνει ταῖς κατηγορίαις ἃς Διοπείθους κατηγο-

---

l. 4. κληροῦχοι, Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν. Κληροῦχοι ἐκαλοῦντο, οὓς Ἀθηναῖοι ἔπεμπον ἐπὶ τὰς πόλεις ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστοις διανεμοῦντας: imò διανεμοῦντες referendo ad Ἀθηναῖοι.

l. 15. ante ἕως velim addi juxtà Volfii vel Lambini mentem

juravimus, et quibus conditionibus pacem fecimus, ea in conspectu sunt, et relata in tabulas; Philippum verò constat, antequam Diopithes hinc solveret cum colonis, quos nunc criminantur bellum concitavisse, multa vobis eripuisse per injuriam (quibus de rebus decreta vestra eaque rata extant quæ illum accusent), et omni reliquo tempore continenter Græcos ceteros et Barbaros contrà nos armare; quid isti volunt dùm dictitant planė esse vel gerendum bellum vel pacem retinendam? Nec enim nobis datur optio; sed illud omnium justissimum maximéque necessarium relinquitur, quod isti ex industriâ transiliunt. Quodnam illud est? ut eum ulciscamur qui prior nobis bellum intulit. Nisi fortė illud dicant, dùm abstineat Atticâ Piræoque Philippus, eum neque civitati injuriam facere, neque bellum concitare. Qui si jus et æquum istâ regulâ metiuntur, et istos pacis limites constituunt, eos utique nec æqua nec ferenda dicere, nec tuta vobis, perspicuum est omnibus, ac præterea iis ipsis criminibus quæ Diopithi objiciun-

---

ὅτι vel ὡς, sine quibus tamen phrasis utcumque intelligi potest.

l. 21. ἅς: nonnulli codd. legunt οὓς.

ροῦσι, καὶ αὐτὰ ταῦτα λέγειν αὐτούς. Τί γὰρ δήποτε, τῷ μὲν Φιλίππῳ πάντα τἄλλα ποιεῖν ἐξουσίαν δώσομεν, ἂν τῆς Ἀττικῆς ἀπέχηται· τῷ Διοπείθει δὲ οὐδὲ βοηθεῖν τοῖς Θρᾳξὶν ἐξέσται, ἢ πόλεμον ποιεῖν αὐτὸν φήσομεν;

Ἀλλὰ, νὴ Δία, ταῦτα μὲν ἐξελέγχονται· δεινὰ δὲ ποιοῦσιν οἱ ξένοι περικόπτοντες τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ Διοπείθης ἀδικεῖ κατάγων τὰ πλοῖα, καὶ δεῖ μὴ ἐπιτρέπειν αὐτῷ. Ἔστω, γιγνέσθω ταῦτα, οὐδὲν ἀντιλέγω. Οἶμαι μέντοι δεῖν (εἴπερ ὡς ἀληθῶς ἐπὶ πᾶσι δικαίοις ταῦτα συμβουλεύουσιν), ὥσπερ τὴν ὑπάρχουσαν τῇ πόλει δύναμιν καταλῦσαι ζητοῦσι, τὸν ἐφεστηκότα καὶ πορίζοντα χρήματα ταύτῃ διαβάλλοντες ἐν ὑμῖν, οὕτω καὶ τὴν Φιλίππου δύναμιν δεῖξαι διαλυθησομένην, ἂν ὑμεῖς ταῦτα πεισθῆτε. Εἰ δὲ μὴ, σκοπεῖτε ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ καθιστᾶσι τὴν πόλιν εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον, δι' οὗ τὰ παρελθόντα πράγματα ἅπαντ' ἀπόλωλεν. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι οὐδενὶ τῶν ἁπάντων πλέον κεκράτηκε τῆς πόλεως Φίλιππος, ἢ τῷ πρότερος

---

l. 6. ταῦτα μὲν ἐξελέγχονται, *haec* (scilicet, ea quæ agit Philippus) *convincuntur, redarguuntur*, i. e. iniqua esse deprehenduntur. Mox, δεινὰ δέ: adjeci δὲ quod abest à vulgatâ, et habent plurimi et optimi codices.

l. 8. κατάγων τὰ πλοῖα, inquit Harpocratio, Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν. Κατάγειν τὰ πλοῖα λέγεται ἀντὶ τοῦ ληΐζεσ-

tur contraria loqui. Nam quì convenit ut Philippo quidvis agendi demus licentiam, modò Atticam non invadat, Diopithem verò nec Thracibus sinamus opitulari, aut si opituletur, eum concitare bellum dicamus?

Ἔχων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τριηραρχίας εἰπεῖν, καὶ χορηγίας, καὶ χρημάτων εἰσφορὰς, καὶ λύσεις αἰχμαλώτων, καὶ τοιαύτας ἄλλας φιλανθρωπίας, οὐδὲν ἂν τούτων εἴποιμι· ἀλλ' ὅτι τῶν τοιούτων πολιτευμάτων οὐδὲν πολιτεύομαι, ἀλλὰ δυνάμενος ἂν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἕτεροι, κατηγορεῖν, καὶ χαρίζεσθαι, καὶ δημεύειν, καὶ τἄλλα ἃ ποιοῦσιν οὗτοι ποιεῖν, οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τούτων πώποτ' ἐμαυτὸν ἔταξα, οὐδὲ προήχθην, οὔθ' ὑπὸ κέρδους, οὔθ' ὑπὸ φιλοτιμίας, ἀλλὰ διαμένω λέγων ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πολλῶν ἐλάττων εἰμὶ παρ' ὑμῖν, ὑμεῖς δὲ, εἰ πείθοισθέ μοι, μείζους ἂν εἴητε. Οὕτω γὰρ ἂν ἴσως ἀνεπίφθονον εἰπεῖν. Οὐδέ γ' ἐμοὶ δοκεῖ δικαίου τοῦτ' εἶναι πολίτου, τοιαῦτα πολιτεύμαθ' εὑρίσκειν, ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πρῶτος ὑμῶν ἔσομαι εὐθέως, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων ὕστατοι· ἀλλὰ συναυξάνεσθαι δεῖ τὴν πόλιν τοῖς τῶν ἀγαθῶν πολιτῶν πολιτεύμασι, καὶ τὸ βέλτιστον ἀεὶ, μὴ τὸ ῥᾷστον, ἅπαντας λέγειν. Ἐπ' ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ βαδιεῖται· ἐπὶ τοῦτο δὲ, τῷ λόγῳ δεῖ προάγεσθαι διδάσκοντα τὸν ἀγαθὸν πολίτην.

Ἤδη τοίνυν τινὸς ἤκουσα τοιοῦτό τι λέγοντος, ὡς ἄρα ἐγὼ λέγω μὲν ἀεὶ τὰ βέλτιστα, ἔστι δὲ οὐδὲν

---

l. 19. προάγεσθαι, activè sumitur, et regit, verbi gratiâ, τοὺς ἀκούοντας, quæ voces debent subaudiri.

Digitized by Google

nienses, et trierarchias, et choregias, et pecuniæ collationes, et captivorum redemptiones, et alia similia humanitatis officia commemorare, nihil tamen hujusmodi referam, sed dicam hoc me ab istâ gerendæ reipublicæ formulâ prorsùs abhorrere, et, quum fortassis ipse non minùs quàm alii accusare possem, et gratificari, et proscribere, et cetera quæ isti factitant facere, nunquam horum ne ad unum quidem vel voluntate meâ me contuli, vel spe lucri aut amore laudis sum impulsus, sed ea perpetuò loquor per quæ egomet minore apud vos autoritate valeam quàm alii multi, at vos, si mihi auscultaretis, fieretis ampliores. Sic enim dicere forsan non est invidiosum. Neque mihi videtur boni civis esse officium, talia gerendæ reipublicæ consilia excogitare, per quæ statìm ego princeps inter vos existerem, vos inter alios Græcos ultimi, sed rempublicam per bonorum civium administrationem augeri atque amplificari decet, omnibusque semper non facillima sed optima dicenda sunt. Nam illò natura per seipsam feretur; huc autem se audientes et à se edoctos vi rationum bonus civis debet adducere.

Jam aliquem etiam tale quid dicentem audivi, me quidem semper optima dicere, sed quidquid

ἄλλο ἢ λόγοι τὰ παρ' ἐμοῦ· δεῖ δὲ ἔργων τῇ πόλει καὶ πράξεώς τινος.

Ἐγὼ δ' ὡς ἔχω περὶ τούτων λέξω πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Οὐκ εἶναι νομίζω τοῦ συμβουλεύοντος ὑμῖν ἔργον οὐδὲν, πλὴν εἰπεῖν τὰ βέλτιστα· καὶ τοῦθ' ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ῥᾳδίως οἶμαι δείξειν. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι Τιμοθεός ποτ' ἐκεῖνος ἐν ὑμῖν ἐδημηγόρει, ὡς δεῖ βοηθεῖν, καὶ τοὺς Εὐβοέας σώζειν, ὅτε Θηβαῖοι κατεδουλοῦντο αὐτούς. Καὶ λέγων, εἶπεν οὕτω πως· Εἰπέ μοι, βουλεύεσθε, ἔφη, Θηβαίους ἔχοντες ἐν νήσῳ, τί χρήσεσθε, καὶ τί δεῖ ποιεῖν; οὐκ ἐμπλήσετε τὴν θάλατταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριηρῶν; οὐκ ἀναστάντες ἤδη πορεύσεσθε εἰς τὸν Πειραιᾶ; οὐ καθέλξετε τὰς ναῦς; Οὐκοῦν, εἶπε μὲν ταῦτα ὁ Τιμόθεος, ἐποιήσατε δ' ὑμεῖς· ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων, τὸ πρᾶγμα ἐπράχθη. Εἰ δ' ὁ μὲν εἶπεν ὡς οἷόν τε τὰ ἄριστα, ὥσπερ εἶπε τότε, ὑμεῖς δ' ἀπερρᾳθυμήσατε καὶ μηδὲν ὑπηκούσατε, ἆρ' ἂν ἦν γεγονός τι τῶν τότε συμβάντων τῇ πόλει; οὐχ οἷόν τε. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ ὧν ἂν ἐγὼ λέγω νῦν, καὶ περὶ ὧν ἂν ὁ δεῖνα εἴπῃ, τὰ μὲν ἔργα παρ' ὑμῶν αὐτῶν ζητεῖτε,

l. 10. εἰπέ μοι, *agedum*, in singulari numero, licet ad plures oratio habeatur, ut millies alibi.

l. 14. vulg. πορεύεσθε: prætuli πορεύσεσθε, ex autoritate

Digitized by Google

à me proficiscatur verba esse duntaxat, quum operibus sit opus reipublicæ et actione aliquâ.

Ego verò quid de his sentiam exponam vobis, neque quidquam dissimulabo. Non arbitror ullum aliud officium esse consiliari nisi ut maximè profutura dicat; et hoc ità esse me facilè puto probaturum. Id enim utique scitis Timotheum quondam illum apud vos orationem habuisse de juvandis et servandis Euboœnsibus, quum eos Thebani servitute opprimerent. Cujus hæc fermè verba fuerunt : Agite verò, deliberatis, inquit, quum Thebanos in insulâ habeatis, quæ ratio ineunda, quidve agendum sit? non mare, Athenienses, implebitis triremibus? non jam surgitis in Piræum abituri? non naves in mare trahetis? Hæc Timotheus dixit, vos fecistis; quæ quum utraque jungerentur, res confecta est. At si is quàm optima, ut tùm dixit, dixisset, vos autem ignaviâ impediti non obtemperassetis, esset ne eorum aliquid actum quæ tunc civitati nostræ contigerunt? fieri non potest. Sic igitur, quidquid vel ego nunc, vel quivis alius dixerit, res et actiones à vobismetipsis quæritote, ab ora-

codicum K, N, O, Rr, Ss.

Digitized by Google

τὰ δὲ βέλτιστα ἐπιστήμῃ λέγειν παρὰ τοῦ παριόντος.

Ἐν κεφαλαίῳ δ' ἃ λέγω φράσας, καταβῆναι βούλομαι. Χρήματα εἰσφέρειν φημὶ δεῖν, τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν συνέχειν, ἐπανορθοῦντας εἴ τι δοκεῖ μὴ καλῶς ἔχειν, μὴ οἷς ἄν τις αἰτιάσηται, τὸ ὅλον καταλύοντας· πρέσβεις ἐκπέμπειν πανταχοῖ τοὺς διδάξοντας, νουθετήσοντας, πράξοντας ὅσα ἂν δύνωνται τῇ πόλει· παρὰ πάντα ταῦτα, τοὺς ἐπὶ τοῖς πράγμασι δωροδοκοῦντας κολάζειν, καὶ μισεῖν ἀεὶ καὶ πανταχοῦ· ἵν' οἱ μέτριοι, καὶ δικαίους ἑαυτοὺς παρέχοντες, εὖ βεβουλεῦσθαι δοκῶσι, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἑαυτοῖς. Κἂν οὕτω τοῖς πράγμασι χρῆσθε, καὶ παύσησθε ὀλιγωροῦντες ἁπάντων, ἴσως ἂν ἴσως καὶ νῦν ἔτι τὰ λοιπὰ βελτίω γένοιτο. Εἰ μέντοι καθεδεῖσθε, ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες, ἐὰν δὲ δέῃ τι ποιεῖν, ἀναδυόμενοι, οὐχ ὁρῶ λόγον ὅστις, ἄνευ τοῦ ποιεῖν ὑμᾶς ἃ προσήκει, δυνήσεται τὴν πόλιν σῶσαι.

---

l. 1. ἐπιστήμῃ, *cum scientiâ*, *scienter*, *peritè*. Ceterum sic phrasim construe, ζητεῖτε (τὸ) τὰ βέλτιστα λέγειν ε. π. τ. π. Pleniùs et clarius sic dixisset orator, τὸ δὲ τὰ βέλτιστα....

l. 5. οἷς accipe quasi ἐφ' οἷς, et ἐφ' οἷς resolve in ἐπὶ τούτοις ἅ.

tore autem utilissimum consilium scienter explicatum.

11°. Sed ubi orationem hanc in summam redegero, descendam. Censeo igitur conferendas esse pecunias, et exercitum jam comparatum esse retinendum, ac si quid rectè fieri non videbitur corrigendum; non ob ea quæ aliquis improbaverit totum evertendum, legatos quócumque terrarum esse mittendos, qui doceant, moneant, reipublicæ conficiant quidquid poterunt; antè omnia hæc eos rerum administratores qui donis corrumpuntur, et puniendos, et semper et ubique odio habendos, ut ii qui boni viri sunt et se integros exhibent, tùm aliis, tùm sibimetipsis, rectè consuluisse videantur. Quòd si hanc rationem secuti, negligere omnia desieritis, forsan etiam nunc, forsan cetera meliùs se habebunt. Verùm si desidebitis, hactenùs duntaxat studiosi ut laudetis oratorem eique applaudatis, quum verò res gerenda erit cunctabundi et tergiversantes, nullam video orationem quæ sine opere vestro convenienti civitatem possit conservare.

---

l. 6. vulg. πανταχὸυ : correxi πανταχοὶ ex codd. K, M et Ss.

ANALYSIS

PHILIPPICAE TERTIAE.

Propositum.

In eo statu res erant positæ ut, pace cum Philippo nondùm ruptâ, Diopithes quidem dux atheniensis in Chersoneso exercitui præesset, Philippus autem armis subigeret Thraciam, copias mitteret in Eubœam, cujus urbes maximas civium potentissimorum ope quos sibi fecerat amicos, suo imperio addicebat, se compararet ad oppugnandum Byzantium, omni denique operâ Græciæ invadendæ consilium perficeret: Demosthenes concionatur vehementer ut suorum Atheniensium animos incendat adversùs hostem sibi reipsâ, bello licet nondùm indicto, totique Græciæ imminentem.

Exordium.

Queritur orator de ceteris oratoribus, qui, omissâ utilitate publicâ, suæ gloriæ et aliorum criminationi unicè dant operam, ac de Atheniensibus ipsis qui jucundas conciones utilibus anteponunt, et assentationibus gaudent deliniri. Addit se paratum esse dicere, si sui cives parati sint ea audire quæ sibi expetant, et eò libentiùs dicturum quòd res adhuc possint adduci in statum meliorem.

Confirmatio.

1°. Impugnatâ nonnullorum inscitiâ, qui negabant Philippum bellum facere Atheniensibus, et dictitabant quosdam esse qui bellum excitarent, contendit Demosthenes Macedoniæ regem bellum reipsâ facere populo atheniensi, idque pro-

bat plurium populorum exemplis, quos ille inscios oppressit, dùm eis se amicum esse et socium prædicaret.

2°. Dicit eum insanire qui servantem ergà se pacem, vel bella secum gerentem, è verbis magis quàm è factis æstimârit; docet porrò paulò fusiùs ipsa facta Philippum Atheniensium hostem arguere.

3°. Longiùs prodire incipit, et demonstrat æquè evidenter ac fortiter illum toti Græciæ imminere, illum verè Barbarum, non Græcum, ea spectare, ea designare, quæ nunquam spectârunt et designârunt nec Lacedæmonii nec Athenienses, quum maximâ elati sunt potentiâ; denique eumdem singulos Græciæ populos invadere et subigere dùm universi desides spectant et otiosi. Totus hic locus maximâ tractatur cum vehementiâ.

4°. Sed cur nunc omnes Græci adeò parati sunt ad tolerandam servitutem, et olìm adeò alacres erant ad defendendam libertatem? Hujus utriusque rei causam graviter exponit orator: nempè nunc dona facillimè accipiuntur ad prodendam Græciam, dùm olìm, quod celeberrimo confirmatur exemplo, pœnâ mulctaretur acerbissimâ quisquis Græcos donis corrumpere tentaverat. Hunc locum absolvit tabulas recitando in quibus ea explicat quæ factu sunt utilia ad res emendandas.

5°. Refellit objectionem eorum qui dicebant Philippum nondùm esse talem quales aliquandò fuerunt Lacedæmonii, quibus tamen restitit civitas atheniensis: ostendit nunc valdè mutatam esse belli gerendi rationem, simplicem olim fuisse, multiplicem esse nunc et dolosam; Philippum omnia fermè agere per proditores et dolos, ac proindè Athenienses debere à dolis illius multò antè præcavere, præsertímque non auscultare proditoribus.

6°. Refert exempla plurium populorum qui pessùm ierunt dùm Philippi fautoribus magis quàm públicæ utilitatis defensoribus auscultârunt, causamque adjicit cur populi illis potiùs

quàm his faverint : hortatur suos cives ut ceterorum exemplo moniti sapientiùs agant, nec expectent donec suo ipsi exitio doceantur.

7°. Totam concludit orationem exponendo quid Atheniensibus agendum sit ut res emendentur : scilicet debent omnia ad bellum gerendum necessaria ipsi primùm parare, deindè-

---

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ἁπλῆ τοῦ λόγου τούτου ἡ ὑπόθεσις. Φιλίππου γὰρ λόγῳ μὲν εἰρήνην ἄγοντος, ἔργῳ δὲ πολλὰ ἀδικοῦντος, συμβουλεύει τοῖς Ἀθηναίοις ὁ ῥήτωρ, ἀναστῆναι, καὶ ἀμύνασθαι τὸν βασιλέα, ὡς κινδύνου μεγάλου καὶ αὐτοῖς ἐπικρεμαμένου, καὶ πᾶσι κοινῇ τοῖς Ἕλλησιν.

---

l. 3. τὸν βασιλέα : codd. Q et U habent αὐτὸν sine βασιλέα.

Digitized by Google

que Græcos excitare. Invitat ad dicendum si quis habet aliquid melius, optatque ut sit ex usu reipublicæ quidquid probatum fuerit.

Dicta est hæc oratio eodem anno quo ea quæ præcessit, i. e. tertio anno olympiadis CIX, sub archonte Sosigene.

LIBANII ARGUMENTUM

TERTIÆ IN PHILIPPUM ORATIONIS.

HUJUS orationis simplex est argumentum. Nam quum Philippus verbo pacem ageret, reverà Athenienses multis lacesseret injuriis, hortatur eos orator ut insurgant et regem ulciscantur, quòd magnum periculum et ipsis et omnibus communiter Græcis impendeat.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΠΟΛΛΩΝ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γιγνομένων, ὀλίγου δεῖν, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, περὶ ὧν Φίλιππος, ἀφ' οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιήσατο, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀδικεῖ· καὶ πάντων, εὖ οἶδ' ὅτι, φησάντων γ' ἂν (εἰ καὶ μὴ ποιοῦσι τοῦτο) καὶ λέγειν δεῖν καὶ πράττειν ἅπασι προσήκειν, ὅπως ἐκεῖνος παύσεται τῆς ὕβρεως καὶ δίκην δώσει· εἰς τοῦτο ὑπηγμένα πάντα τὰ πράγματα καὶ προειμένα ὁρῶ, ὥστε δέδοικα μὴ βλάσφημον μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δὲ ᾖ, εἰ καὶ λέγειν ἅπαντες ἐβούλοντο οἱ παριόντες, καὶ χειροτονεῖν ὑμεῖς, ἐξ ὧν ὡς φαυλότατα ἔμελλε τὰ πράγμαθ' ἕξειν, οὐκ ἂν ἡγοῦμαι δύνασθαι χεῖρον ἢ νῦν αὐτὰ διατεθῆναι. Πολλὰ μὲν οὖν ἴσως ἐστὶ τὰ αἴτια τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, καὶ οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο, εἰς τοῦτο τὰ πράγματα ἀφῖκται· μάλιστα δὲ, ἄνπερ ἐξετάζητε ὀρθῶς,

l. 6. vox δεῖν reciditur à Dionysio hunc ipsum locum citante.

l. 13. addidi αὐτὰ quod habent multi et optimi codd.

CONTRA

PHILIPPUM

ORATIO TERTIA.

Exordium.

Quum multa verba fiant, Athenienses, in omnibus ferè concionibus, de injuriis Philippi, quibus, ex quo pepigit pacem, non solùm vos, sed et reliquos Græcos afficit; quumque omnes, ut optimè scio, non inviti faterentur (quanquam id non faciunt) convenire ut universi ea tùm dicant tùm agant, per quæ ejus insolentia reprimatur et puniatur: eò tamen rediisse omnia negotia et per incuriam prolapsa esse video, ut verear ne dictu odiosum, at verum sit, si omnes oratores dicere, vosque decernere velletis ea per quæ res quàm afflictissimæ fierent, existimare me statum earum quàm nunc est non posse fieri deteriorem. Ac multæ forsitan sunt causæ cur res ità se habeant, neque propter unam atque alteram huc redierunt: potissimùm verò,

Digitized by Google

εὑρήσετε διὰ τοὺς χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους. Ὧν τινες μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν οἷς εὐδοκιμοῦσιν αὐτοὶ καὶ δύνανται, ταῦτα φυλάττοντες, οὐδεμίαν περὶ τῶν μελλόντων πρόνοιαν ἔχουσιν, οὔκουν οὐδ' ὑμᾶς οἴονται δεῖν ἔχειν· ἕτεροι δὲ, τοὺς ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ὄντας αἰτιώμενοι καὶ διαβάλλοντες, οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ ὅπως ἡ μὲν πόλις αὐτὴ παρ' αὑτῆς δίκην λήψεται, καὶ περὶ τοῦτ' ἔσται, Φιλίππῳ δ' ἐξέσται καὶ λέγειν καὶ πράττειν ὅ, τι βούλεται. Αἱ δὲ τοιαῦται πολιτεῖαι συνήθεις μέν εἰσιν ὑμῖν, αἴτιαι δὲ τῆς ταραχῆς καὶ τῶν ἁμαρτημάτων.

Ἀξιῶ δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐάν τι τῶν ἀληθῶν μετὰ παῤῥησίας λέγω, μηδεμίαν μοι διὰ τοῦτο παρ' ὑμῶν ὀργὴν γενέσθαι. Σκοπεῖτε γὰρ ὡδί. Ὑμεῖς τὴν παῤῥησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις αὐτῆς μεταδεδώκατε· καὶ πολλοὺς ἄν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ, τι βούλονται λέγοντας, ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων· ἐκ δὲ τοῦ συμβουλεύειν παντάπασιν ἐξεληλάκατε. Εἶθ' ὑμῖν συμβέβηκεν ἐκ τούτου, ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις, τρυ-

l. 18. in pleriſque editionibus et codicibus nonnullis legitur αὐτοῖς: verùm rectè emendavit Voſſius αὐτῆς, ex autori-

Digitized by Google

si rectè consideretis, ii sunt in culpâ qui jucundissima dicere malunt quàm utilissima. Quorum aliqui, ô Athenienses, dummodò ea tueantur per quæ ipsi gloriâ florent, nullam futurorum habent rationem, nec à vobis habendam existimant; alii eos qui versantur in rerum administratione criminando et calumniando, nihil aliud faciunt nisi ut civitas ipsa de se pœnas sumat, et eâ re occupetur, Philippo autem quidvis et agere et dicere liceat. Quæ instituta ut vobis in usu, itâ hujus perturbationis et horum delictorum in causâ sunt.

Peto autem à vobis, Athenienses, si quid veri liberè dixero, ne propterea mihi irascamini. Ita enim rem considerate. Vos loquendi libertatem in ceteris itâ communem putatis esse oportere omnibus in urbe degentibus, ut et peregrinis et servis eam impertieritis; multique apud vos servi reperiuntur quidvis loquentes liberiùs quàm cives in quibusdam aliis civitatibus: à consulendo autem eamdem omninò repulistis. Exindè vobis contigit ut in concionibus omnia audiatis ad delicias, ad assentationem

tate multorum et optimorum codicum.

Digitized by Google

φᾶν καὶ κολακεύεσθαι, πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούουσιν· ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς γιγνομένοις, περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. Εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν οὕτω διάκεισθε, οὐκ ἔχω τί λέγω· εἰ δ᾽ ἃ συμφέρει τοῖς πράγμασι χωρὶς κολακείας ἐθελήσετε ἀκούειν, ἕτοιμος λέγειν. Καὶ γὰρ εἰ πάνυ φαύλως τὰ πράγματα ἔχει, καὶ πολλὰ προεῖται, ὅμως ἐστὶν, ἐὰν ὑμεῖς τὰ δέοντα ποιεῖν βούλησθ᾽, ἔτι πάντα ταῦτα ἐπανορθώσασθαι. Καὶ παράδοξον μὲν ἴσως ἐστὶν ὃ μέλλω λέγειν, ἀληθὲς δέ· τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; ὅτι οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει· ἐπείτοι γε εἰ πάνθ᾽ ἃ προσήκει πραττόντων ὑμῶν οὕτω διέκειτο, οὐδ᾽ ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ γενέσθαι βελτίω. Νῦν δὲ τῆς μὲν ῥαθυμίας τῆς ὑμετέρας καὶ τῆς ἀμελείας κεκράτηκε Φίλιππος, τῆς πόλεως δ᾽ οὐ κεκράτηκεν· οὐδ᾽ ἥττησθε ὑμεῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ κεκίνησθε.

Εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ὡμολογοῦμεν Φίλιππον τῇ πόλει πολεμεῖν, καὶ τὴν εἰρήνην παραβαίνειν, οὐδὲν ἄλλο ἔδει τὸν παριόντα λέγειν καὶ συμβουλεύειν, ἢ ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα αὐτὸν ἀμυνούμεθα· ἐπειδὴ δὲ οὕτως ἀτόπως ἔνιοι διάκεινται, ὥστε πό-

---

l. 6. ad ἕτοιμος subaudi εἰμί.

Digitized by Google

et voluptatem, in ipso autem rerum et eventuum cursu de extremis jam periclitemini. Quòd si nunc etiam ità estis affecti, non habeo quid dicam; sin quæ in rem vestram sunt sine adulatione audire volueritis, dicere sum paratus. Tametsi enim res omninò malè se habent, et multa sunt segniter abjecta, eæ tamen omnes, si vos parati estis ea facere quæ par est fieri, adhuc corrigi possunt. Ac mirum fortasse videbitur quod dicam, sed verum. Quod in rebus hactenùs infaustum accidit, hoc ipsum est opportunum ad spem fortunæ melioris. Quid ità porrò? Quòd vobis neque parvum neque magnum quidquam quod oportet facientibus, res in hunc statum sunt adductæ. Si enim ità se haberent dùm vos omnia quæ conveniunt agitis, ne spes quidem esset eas fore meliores. Nunc socordiam vestram et negligentiam superavit Philippus, civitatem non superavit; neque victi vos, imò ne loco quidem moti estis.

Confirmatio.

1°. Quòd si omnes in eo consentiremus, Philippum nostræ civitati bellum inferre et pacem violare, nihil aliud oratorem dicere et suadere oporteret, quàm quo pacto Philippum et tutissimè et facillimè ulcisceremur. Quum au-

Digitized by Google

λεις καταλαμβάνοντος ἐκείνου, καὶ πολλὰ τῶν ὑμετέρων ἔχοντος, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδικοῦντος, ἀνέχεσθαί τινων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις λεγόντων πολλάκις, ὡς ἡμῶν τινές εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸν πόλεμον, ἀνάγκη φυλάττεσθαι, καὶ διορθοῦσθαι περὶ τούτου. Ἔστι γὰρ δέος μή ποθ' ὡς ἀμυνούμεθα γράψας τις καὶ συμβουλεύσας, εἰς τὴν αἰτίαν ἐμπέσῃ τοῦ πεποιηκέναι τὸν πόλεμον.

Ἐγὼ δὴ, τοῦτο πρῶτον ἁπάντων λέγω καὶ διορίζομαι, εἰ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πότερον εἰρήνην ἄγειν ἢ πολεμεῖν δεῖ; Εἰ μὲν οὖν ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν τῇ πόλει, καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῦτο (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι), φημὶ ἔγω γε ἄγειν ἡμᾶς δεῖν· καὶ τὸν ταῦτα λέγοντα γράφειν, καὶ πράττειν, καὶ μὴ φενακίζειν ἀξιῶ. Εἰ δ' ἕτερος τὰ ὅπλα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, καὶ δύναμιν πολλὴν περὶ αὑτὸν, τοὔνομα μὲν τὸ τῆς εἰρήνης ἡμῖν προβάλλεται, τοῖς δ' ἔργοις αὐτὸς τοῖς τοῦ πολέμου χρῆται, τί λοιπὸν ἄλλο πλὴν ἀμύνεσθαι; φάσκειν δὲ εἰρήνην ἄγειν εἰ βούλεσθε, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὐ διαφέρομαι· εἰ δέ τις ταύτην εἰρήνην ὑπολαμβάνει, ἐξ ἧς ἐκεῖνος πάντα τὰ ἄλλα λαβὼν ἐφ' ἡμᾶς ἥξει, πρῶτον μὲν

l. 9. vulg. ἐγὼ δέ: pro δὲ Reiskius legit δὴ, quod admisi. Habent etiam δὴ codd. Cc, et is quem ille vocat Aug. primus.

l. 11. vulg. εἰρήνην ἢ πόλεμον ἄγειν δεῖ: emendavi ut legi-

tem eæ sint nonnullorum ineptiæ, ut, illo urbes græcas occupante, et multa quæ vestra sunt obtinente, et mortales omnes opprimente, ferant aliquos in concionibus usque dictitantes, nostrûm esse quosdam qui bellum excitant; id cavendum est scilicet et emendandum, quum verendum sit ne quis, ubi suaserit decreto propulsandas esse injurias, in crimen concitati belli veniat.

Ego hoc primum omnium inquiro et definio utrùm in potestate nostrà sit de pace agendà vel de bello gerendo deliberare. Quòd si nostræ civitati licet pacem agere, idque in nostrà potestate est (ut hinc ordiar), affirmo egomet pacem agendam esse nobis, et postulo ut is qui hæc dicit, decernat et agat, non vanà spe nos lactet. Sin alius, quum arma habeat in manibus, et magnas copias circà se, pacis nomen nobis objicit, et bello reverà ipse utitur, quid reliquum est aliud præter ulcisci? Quòd si profiteri vultis, ut ille, vos pacem agere, non refragor. Si quis autem eam esse pacem putat, per quam ille, reliquis captis omnibus, contrà nos

tur cum Reiskio; quam emendationem confirmant codd. K, M et Ald. v.

μαίνεται, ἔπειτα δ' ἐκείνῳ παρ' ὑμῶν, οὐχ ὑμῖν παρ' ἐκείνου, τὴν εἰρήνην λέγει. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ τῶν ἀναλισκομένων χρημάτων ἁπάντων Φίλιππος ὠνεῖται, αὐτὸς μὲν πολεμεῖν ὑμῖν, ὑφ' ὑμῶν δὲ μὴ πολεμεῖσθαι. Καὶ μὴν εἰ μέχρι τούτου περιμενοῦμεν, ἕως ἂν ἡμῖν ὁμολογήσῃ πολεμεῖν, πάντων ἐσμὲν εὐηθέστατοι. Οὐδὲ γὰρ, ἂν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτὴν βαδίζῃ καὶ τὸν Πειραιᾶ, τοῦτ' ἐρεῖ, εἴπερ οἷς πρὸς τοὺς ἄλλους πεποίηκε δεῖ τεκμαίρεσθαι. Τοῦτο μὲν γὰρ Ὀλυνθίοις τετταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια, εἶπεν, ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν, ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ, πάντα τὸν ἄλλον χρόνον, εἴ τις αὐτὸν αἰτιάσαιτό τι τοιοῦτον, ἀγανακτῶν, καὶ πρέσβεις πέμπων τοὺς ἀπολογησομένους· τοῦτο δ' εἰς Φωκέας, ὡς πρὸς συμμάχους ἐπορεύετο καὶ φίλους, καὶ πρέσβεις Φωκέων ἦσαν οἱ παρηκολούθουν αὐτῷ πορευομένῳ, καὶ παρ' ἡμῖν ἤριζον πολλοὶ Θηβαίοις οὐ λυσιτελήσειν τὴν ἐκείνου πάροδον. Καὶ μὴν καὶ Φερὰς πρῴην, ὡς φίλος καὶ σύμμαχος εἰς Θετταλίαν ἐλθὼν, ἔχει καταλαβών. Καὶ τὰ τελευταῖα τοῖς ταλαιπώροις Ὠρειταῖς τουτοισὶ, ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς στρατιώτας πεπομφέναι κατ' εὔνοιαν· πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς

l. 2. vulg. εἰρήνην ἄγειν: sustuli ἄγειν quod abest à cod. K et Fel. Ad εἰρήνην subaudi εἶναι vel οὖσαν.

l. 12. Reiskius velit, et rectè quidem, ἢ μηδ' αὐτόν: certè

venturus est, is primùm insanit, deindè pacem vestram ergà illum, non illius ergà vos, commemorat. Hoc porrò est quod omnibus suis largitionibus Philippus mercatur, ut, quum ipse bellum vobis inferat, à vobis bello non petatur. Verùm si expectabimus donec ille fateatur se nobis bellum inferre, erimus omnium stolidissimi. Neque enim, quamvis Atticam ipsam et Piræum invaserit, hoc dicet, si ex iis quæ in alios patravit capienda est conjectura. Nam et Olynthiis, quum quadraginta stadiis ab urbe ipsorum abesset, edixit alterutrum fieri oportere, ut vel Olyntho illi excederent, vel ipse Macedonià; tempore autem superiore, si quis ei tale aliquid crimini daret, indignabatur, et se per legatos excusabat: et ad Phocenses tanquam ad socios et amicos est profectus, legati Phocensium eum proficiscentem comitabantur, et apud nos multi contendebant ejus expeditionem non è re fore Thebanorum. Quin et Pheras nuper, ingressus Thessaliam ut amicus et socius, occupavit et tenet. Ac postremò miseris illis Oritis dixit se misisse milites ex benevolentià qui eos viserent: audire enim se laborare

---

μηδ' vel addendum est vel subaudiendum.

νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὑτοῖς· συμμάχων δ' εἶναι καὶ φίλων ἀληθινῶν, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι. Εἶθ' οἴεσθε, οἳ μὲν οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐδυνήθησαν ποιῆσαι κακὸν, μὴ παθεῖν δ' ἐφυλάξαντ' ἂν ἴσως, τούτους μὲν ἐξαπατᾷν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ προλέγοντα βιάζεσθαι, ὑμῖν δ' ἐκ προῤῥήσεως πολεμήσειν; καὶ ταῦθ' ἕως ἂν ἑκόντες ἐξαπατᾶσθε; οὐκ ἔστι ταῦτα.

Καὶ γὰρ ἂν ἀβελτερώτατος εἴη πάντων ἀνθρώπων, εἰ τῶν ἀδικουμένων ὑμῶν μηδὲν ἐγκαλούντων αὐτῷ, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν τινὰς αἰτιωμένων καὶ κρίνειν βουλομένων, ἐκεῖνος ἐκλύσας τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔριν ὑμῶν καὶ φιλονεικίαν, ἐφ' αὑτὸν προείποι τρέπεσθαι, καὶ τῶν παρ' ἑαυτοῦ μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο, οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς, λέγοντες ὡς ἐκεῖνός γε οὐ πολεμεῖ τῇ πόλει. Ἀλλ' ἔστιν, ὦ πρὸς τοῦ Διὸς, ὅστις εὖ φρονῶν, ἐκ τῶν ὀνομάτων μᾶλλον ἢ τῶν πραγμάτων, τὸν ἄγοντ' εἰρήνην ἢ πολεμοῦνθ' ἑαυτῷ σκέψαιτ' ἄν; οὐδεὶς δήπου. Ὁ τοίνυν Φίλιππος ἐξ ἀρχῆς, ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας, οὔπω Διοπείθους στρατηγοῦντος, οὐδὲ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ νῦν ὄντων, ἀπεσταλμένων, Σέῤῥιον καὶ Δορίσκον κατελάμβανε, καὶ τοὺς ἐκ Σεῤῥίου τείχους

---

l. 7. ἕως ἂν, *dùm*, tandis que.

l. 19. vulgata habet οὐδείς που : ego dedi οὐδεὶς δήπου

illos et seditionibus agitari; esse autem socii et veri amici adesse in hujusmodi temporibus. Itàne igitur existimatis eum esse Philippum, qui, quum eos homines qui nihil ei potuissent nocere, ne verò sibi noceretur, forsan cavere potuissent, decipere quàm indicto bello cogere maluerit, vobiscum sit ex professo belligeraturus? idque existimatis dùm ultrò decipimini? non ità est.

2°. Etenim mortalium omnium esset vecordissimus, si, dùm vos qui injuriis afficimini, nihil ipsum accusatis, sed civium vestrorum nonnullos culpatis, et vultis in judicium adducere, ipse consopità vestrà inter vos lite et contentione, denuntiaret in se arma esse convertenda, et mercenariis suis ea verba eriperet quibus vos remorantur, negantes illum cum civitate nostrâ bellum gerere. Verùm est-ne, per deos immortales, est-ne quisquam sanæ mentis qui servantem ergà se pacem, vel bella secum gerentem, è verbis magis quàm è factis æstimârit? nemo sanè. Atqui Philippus ab initio, pace recèns factà, Diopithe nondùm ducente copias, neque missis eis qui nunc in Chersoneso sunt, Serrium et Doriscum occupavit, et ex castro Serrio et

quod et dant codices K, L, M, Cc, Ee.

καὶ ἱεροῦ ὅρους στρατιώτας ἐξέβαλλεν οὓς ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς ἐγκατέστησε. Καίτοι ταῦτα πράττων, τί ἐποίει; εἰρήνην μὲν γὰρ ὀμωμόκει. Καὶ μηδεὶς εἴπῃ· Τί δὲ ταῦτ᾽ ἐστὶν, ἢ τί τούτων μέλει τῇ πόλει; εἰ μὲν γὰρ μικρὰ ταῦτά ἐστιν, ἢ μηδὲν ὑμῖν αὐτῶν ἔμελεν, ἄλλος ἂν εἴη λόγος οὗτος· τὸ δ᾽ εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον ἄν τ᾽ ἐπὶ μικροῦ τις ἄν τ᾽ ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. Φέρε δὴ νῦν ἡνίκ᾽ εἰς Χεῤῥόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγνώκασιν εἶναι, ξένους εἰσπέμπει, καὶ βοηθεῖν ὁμολογεῖ, καὶ ἐπιστέλλει ταῦτα, τί ποιεῖ; Φησὶ μὲν γὰρ οὐ πολεμεῖν ὑμῖν· ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ταῦτα ποιοῦντα ἐκεῖνον ὁμολογεῖν ἄγειν τὴν πρὸς ὑμᾶς εἰρήνην, ὥστε καὶ Μεγάρων ἁπτόμενον, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ τυραννίδα κατασκευάζοντα, καὶ νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παριόντα, καὶ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευωρούμενον, καὶ πάνθ᾽ ὅσα πράττει μετὰ τῆς δυνάμεως ποιοῦντα, λύειν φημὶ τὴν εἰρήνην, καὶ πολεμεῖν ὑμῖν· εἰ μὴ καὶ τοὺς τὰ μηχανήματα ἐφιστάντας εἰρήνην ἄγειν φήσετε, ἕως ἂν αὐτὰ τοῖς τείχεσιν ἤδη προσαγάγωσιν. Ἀλλ᾽ οὐ φή-

l. 1. vulg. ἐξέβαλεν : prætuli ἐξέβαλλεν acceptum ex codd. K, L, N, V, Y et Cc.

l. 2. vulg. κατέστησε : prætuli ἐγκατέστησε ex autoritate codicum M, N, Cc, Ee.

Sacro Monte milites ejecit quos ibi collocârat noster imperator. At ista agendo quid faciebat? ipse enim jurârat pacem. Neque dicat aliquis, Quanti verò ista sunt? aut quid ista curat nostra civitas? Utrùm quippè ea parva sint, aut nulli curæ vobis fuerint, alia erit ea disputatio. Sed religiosum et æquum sive in parvis sive magnis in rebus violentur, eamdem utrumque vim habet. Age jam, quum ille in Chersonesum, quam Persarum rex omnesque Græci nostram esse judicârunt, peregrinorum militum auxilia immittit, idque confitetur, et ad nos scribit in epistolâ, quid agit? Se negat vobiscum bella gerere: ego verò tantùm absum ut hunc talia agentem pacem vobiscum factam servare fatear, ut eum qui et Megara invadit, et in Eubœâ constituit tyrannos, et nunc prodit in Thraciam, et consilia in Peloponneso molitur, et facit cum exercitu quæcumque facit, eum, inquam, affirmem pacem solvere, et bella vobiscum gerere. Nisi eos forsan qui machinas admoliuntur, pacem agere dicatis, donec eas jam ad ipsa mœnia adduxerint. Sed

---

l. 12. ὑμῖν abest à vulgatâ, habent codd. N, Cc, Ee.

l. 15. pro τυραννίδα velim cum Reiskio τυραννίδας: nam, ut idem ait, Philippus plures in Eubœâ tyrannos constituerat.

σείε. Ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην ταῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ. Τίσιν οὖν ὑμεῖς κινδυνεύσαιτ' ἄν, εἴ τι γένοιτο; τῷ τὸν Ἑλλήσποντον ὑμῶν ἀλλοτριωθῆναι, τῷ Μεγάρων καὶ τῆς Εὐβοίας τὸν πολεμοῦνθ' ὑμῖν γενέσθαι κύριον, τῷ Πελοποννησίους τἀκείνου φρονῆσαι. Εἶτα τὸν τοῦτο τὸ μηχάνημα ἐπὶ τὴν πόλιν ἐφιστάντα καὶ κατασκευάζοντα, τοῦτον εἰρήνην ἄγειν ἐγὼ φῶ πρὸς ὑμᾶς; πολλοῦ γε καὶ δέω. Ἀλλ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνεῖλε Φωκέας, ἀπὸ ταύτης ἔγω γ' αὐτὸν πολεμεῖν ὑμῖν ὁρίζομαι· ὑμᾶς δέ, ἐὰν μὲν ἀμύνητε ἤδη, σωφρονήσειν φημί, ἐὰν δὲ ἀναβάλλησθε, οὐδὲ τοῦτο ὅταν βούλησθε, δυνήσεσθαι ποιῆσαι.

Καὶ τοσοῦτόν γε ἀφέστηκα τῶν ἄλλων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν συμβουλευόντων, ὥστε οὐδὲ δοκεῖ μοι περὶ Χεῤῥονήσου νῦν σκοπεῖν, οὐδὲ Βυζαντίου, ἀλλ' ἐπαμῦναι μὲν τούτοις, καὶ διατηρῆσαι μή τι πάθωσι, καὶ τοῖς οὖσιν ἐκεῖ νῦν στρατιώταις πάνθ' ὅσων ἂν δέωνται, ἀποστεῖλαι· βουλεύεσθαι μέντοι περὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ὡς ἐν κινδύνῳ μεγίστῳ καθεστηκότων.

---

l. 10. vulg. δεῖ: legi δέω cum codd. M, N, Cc, Ee.

l. 12. pro καὶ in vulg. habent nonnulli codd. μὲν, quod prætuli.

l. 14. vulgata δυνήσασθε: habent δυνήσεσθε libri ferè uni-

non dicetis. Qui enim quibus ego capiar, ea agit et instruit, is bella gerit mecum, quamvis me nondùm nec jaculis nec sagittis petat. Quo igitur vos in periculo eritis, si quid acciderit? In eo nimirùm quod Hellespontus à vobis alienabitur, quòd is qui vobiscum continuò bella gerit Megaris et Eubœâ potietur, quòd Peloponnenses cum eo conspirabunt. Eúmne igitur qui hanc machinam contrà vestram civitatem erigit atque apparat, pacem agere ergà vos? multùm certè abest. Nam à quâ die Phocenses ille sustulit, ab eâ ego illum statuo vobiscum bella gerere; vos autem dico, si nunc eum propulsetis, prudenter facturos; sin cunctamini, fore ut id, neque quum voletis, facere possitis.

Et usque adeò ab aliorum consiliis mea discrepant, ut mihi videatur nec de Chersoneso nec de Byzantio esse nunc consultandum, sed his jam succurrendum, et præcavendum ne quid eis accidat, et militibus qui nunc sunt illìc omnia quibus indigent mittenda; ac de Græcis utique omnibus deliberandum, ut in maximo discrimine versantibus.

---

versi. Ego legi cum Reisk. et cod. V δυνήσεσθαι referendo ad φημί.

l. 19. pro στρατηγοῖς in vulg. dedi στρατιώταις, quod habent codd. M, N, Cc, Ee.

Βούλομαι δ' εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς ἐξ ὧν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων οὕτω φοβοῦμαι· ἵν', εἰ μὲν ὀρθῶς λογίζομαι, μετάσχητε τῶν λογισμῶν, καὶ πρόνοιάν τιν' ὑμῶν γε αὐτῶν, εἰ καὶ μὴ τῶν ἄλλων ἄρα βούλεσθε, ποιήσησθε· ἂν δὲ ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις, ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε.

Ὅτι μὲν δὴ μέγας ἐκ μικροῦ καὶ ταπεινοῦ τὸ καταρχὰς ὁ Φίλιππος ηὔξηται, καὶ ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες, καὶ ὅτι πολλῷ παραδοξότερον ἦν τοσοῦτον αὐτὸν ἐξ ἐκείνου γενέσθαι, ἢ νῦν, ὅθ' οὕτω πολλὰ προείληφε, καὶ τὰ λοιπὰ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτ' ἂν ἔχοιμι διεξελθεῖν, παραλείψω. Ἀλλ' ὁρῶ συγκεχωρηκότας ἅπαντας ἀνθρώπους, ἀφ' ὑμῶν ἀρξαμένους, αὐτῷ, ὑπὲρ οὗ τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον ἅπαντες οἱ πόλεμοι γεγόνασιν οἱ Ἑλληνικοί. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; τὸ ποιεῖν ὅ,τι βούλεται, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον οὑτωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν Ἑλλήνων, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις ἐπιόντα. Καίτοι προστάται μὲν ὑμεῖς ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε· προστάται δὲ, τριάκοντα ἑνὸς δέοντα, Λακεδαιμόνιοι· ἴσχυσαν δέ τι καὶ

---

l. 5. τετύφωμαι, ἀντὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι, inquit Harpocratio, quem vide ad hanc vocem.

Digitized by Google

3°. Volo autem vobis exponere quâ de causâ rebus ità metuam; ut, si rectè sentio, sententiæ meæ accedatis, et rationem aliquam vestrûm ipsorum saltem, si omninò negligitis alios, habeatis; sin nugari et cæco errore duci videbor, neque nunc neque in posterum mihi ut sano auscultetis.

Philippum igitur magnum è parvo et humili in primordiis esse factum, et Græcos sibi mutuò diffidere et inter se dissidere, et multò minùs credibile fuisse tantum eum fore è tantillo, quàm nunc, quum adeò multa interceperit, etiam cetera subacturum, et reliqua ejus generis omnia, quæ commemorare possem, prætermittam. Sed video mortales omnes, à vobis facto initio, illud ei concessisse de quo anteà semper universa græca bella extiterunt. Quid igitur illud est? Agere quidquid ei libet, et singulatim quosvis ità concidere et spoliare Græcos, atque urbes invadere et opprimere servitute. Atqui vos arbitri Græcorum fuistis per tres et septuaginta annos, arbitri item Lacedæmonii per annos undetriginta. Fuerunt et The-

l. 19. vulg. περικόπτειν, καὶ λωποδυτεῖν τὰ τῶν: ego legi cum Reiskio περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν sine τὰ, et ità legunt omnes ferè codd. quos inspexi.

Θηβαῖοι τοὺς τελευταίους τουτουσὶ χρόνους, μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην· ἀλλ' ὅμως, οὔθ' ὑμῖν, οὔτε Θηβαίοις, οὔτε Λακεδαιμονίοις, οὐδεπώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συνεχωρήθη τοῦτο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὸ ποιεῖν ὅ, τι βούλεσθε, οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑμῖν, μᾶλλον δὲ τοῖς τότ' οὖσιν Ἀθηναίοις, ἐπειδή τισιν οὐ μετρίως ἐδόκουν προσφέρεσθαι, πάντες ᾤοντο δεῖν πολεμεῖν, καὶ οἱ μηδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες αὐτοῖς, μετὰ τῶν ἠδικημένων· καὶ πάλιν Λακεδαιμονίοις ἄρξασι καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν δυναστείαν τὴν αὐτὴν ταύτην ὑμῖν, ἐπειδὴ πλεονάζειν ἐπεχείρουν, καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὰ καθεστηκότα ἐκίνουν, πάντες εἰς πόλεμον κατέστησαν, καὶ οἱ μηδὲν ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς. Καὶ τί δεῖ τοὺς ἄλλους λέγειν; ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοντες ἐξ ἀρχῆς ὅτι ἠδικούμεθ' ὑπ' ἀλλήλων, ὅμως ὑπὲρ ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικουμένους ἑωρῶμεν, πολεμεῖν ᾠήθημεν δεῖν. Καίτοι πάνθ' ὅσα ἐξημάρτηται, καὶ Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς τριάκοντ' ἐκείνοις ἔτεσι, καὶ τοῖς ἡμετέροις προγόνοις ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα, ἐλάττον', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν Φί-

l. 5. τὸ deest in vulgatâ: adjeci ex codd. M, N, Cc.

l. 6. τοῦτο μὲν non habet τοῦτο δὲ respondens: καὶ πάλιν.... est alterum membrum.

l. 21. vulgata ἔλαττον: dedi ἐλάττον' pro ἐλάττονα, quod habent multi et optimi codices. Felicianus habet ἐλάττω. Ce-

banorum extremis hisce temporibus aliquæ vires, post pugnam leuctricam. Sed tamen neque vobis, neque Thebanis, neque Lacedæmoniis, ullo unquam tempore, ô Athenienses, à Græcis hoc fuit concessum ut quod libitum esset ageretis. Non sanè, multùm abest. Verùm et vobis, ac potiùs illius temporis Atheniensibus, quum ergà quosdam non moderatè se gerere viderentur, omnes putaverunt bellum esse inferendum, non modò qui affecti erant injuriâ, sed ii etiam qui nihil queri de iis poterant; et rursùs, Lacedæmoniis imperantibus et eumdem quem vos tenueratis principatum adeptis, quum insolescere cœpissent, et immoderatiùs instituta vetera convellerent, omnes bellum intulerunt, ii etiam qui nihil de illis querebantur. Et quorsùm attinet referre ceteros? Quin et nos ipsi et Lacedæmonii, quum ab initio nihil possemus dicere, quo alteri ab alteris violati essemus, tamen propter injurias quibus alios videbamus affici, bellum esse gerendum existimavimus. Atenim omnia quæ à Lacedæmoniis admissa sunt per triginta illos annos, et à majoribus nostris per septuaginta, minora sunt, ô Athenienses, iis

terùm ad ἐλάττονα vel ἐλάττω sub. ἐστί.

λιππος ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσιν, οἷς ἐπιπολάζει, ἠδίκηκε τοὺς Ἕλληνας· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τούτων ἐκεῖνα· καὶ τοῦτο ἐκ βραχέων ῥημάτων ῥᾴδιον δεῖξαι.

Ὄλυνθον μὴν δὴ, καὶ Μεθώνην, καὶ Ἀπολλωνίαν, καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης, ἐῶ· ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδένα μήδ' εἰ πώποτ' ᾠκήθησαν, εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντα εἰπεῖν· καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος τοσοῦτον ἀνῃρημένον, σιωπῶ. Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν παρῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν; αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις, οὐκ ἤδη τυραννοῦνται· καὶ ταῦτα ἐν νήσῳ πλησίον Θηβῶν καὶ Ἀθηνῶν; οὐ διαῤῥήδην ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφει, Ἐμοὶ δ' ἐστὶν εἰρήνη πρὸς τοὺς ἀκούειν ἐμοῦ βουλομένους; Καὶ οὐ γράφει μὲν ταῦτα, τοῖς ἔργοις δὲ οὐ ποιεῖ· ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον οἴχεται· πρότερον ἧκεν ἐπ' Ἀμβρακίαν· Ἦλιν ἔχει, τηλικαύτην πόλιν ἐν Πελοποννήσῳ· Μεγάροις ἐπεβούλευσε πρώην· οὔθ' ἡ Ἑλλὰς, οὔθ' ἡ βάρβαρος,

---

l. 8. vulg. ᾠκίσθησαν: prætuli ᾠκήθησαν, quod dant codd. permulti.

l. 11. pro ἀφῄρηται in vulg. legi cum universis ferè quos adivi libris παρῄρηται.

l. 13. ἔθνος, juxtà Harpocrationem, non modò magnum et

quæ Philippus, tribus et decem non totis annis quibus cœpit esse aliquid commisit in Græcos; imò nec illa horum sunt pars minima: idque paucis ostendi facilè potest.

Ac Olynthum quidem, et Methonem, et Apolloniam, et duas et triginta urbes in Thraciâ omitto; quas universas adeò crudeliter excìdit, ut, si accesseris, nec an unquam habitatæ fuerint facilè dicas: et gentem tantam Phocensium deletam taceo. Sed Thessaliæ qui status est? nonne ille et urbes et respublicas Thessalis ademit, et tetradarchias apud eos constituit, ut non singula oppida duntaxat, sed gentes etiam servirent? euboicæ porrò urbes nonne jam tyrannis serviunt, eæque in insulâ vicinâ Thebis et Athenis? nonne in epistolis apertè scribit? Mihi verò cum iis pax est qui mihi parere volunt. Neque verò hæc scribit, reipsâ non exequitur; sed Hellespontum invadit; et priùs Ambraciam aggressus fuerat; Elidem habet, tantam Peloponnesi urbem; Megaris nuper est insidiatus: neque Græcia neque Barbaria hominis cupidi-

---

frequens hominibus genus vocatur, sed etiam peculiari notione pars quædam civitatis; et hunc ipsum locum commemorat cum alio loco ex ejusdem Demosthenis oratione contrà Aristocratem, l. 21. ἡ βάρϐαρος, sub. γῆ.

τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τἀνθρώπου. Καὶ ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἅπαντες καὶ ἀκούοντες, οὐ πέμπομεν πρέσβεις περὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀγανακτοῦμεν· οὕτω δὲ κακῶς διακείμεθα καὶ διορωρύγμεθα κατὰ πόλεις, ὥστ' ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδὲν οὔτε τῶν συμφερόντων, οὔτε τῶν δεόντων πρᾶξαι δυνάμεθα, οὐδὲ συστῆναι, οὐδὲ κοινωνίαν βοηθείας καὶ φιλίας οὐδεμίαν ποιήσασθαι· ἀλλὰ μείζω γιγνόμενον τὸν ἄνθρωπον περιορῶμεν, τὸν χρόνον κερδᾶναι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπόλλυται, ἕκαστος ἐγνωκὼς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν οὐδὲ πράττων. Ἐπεὶ ὅτι γε ὥσπερ περίοδος ἢ καταβολὴ πυρετοῦ, ἤ τινος ἄλλου κακοῦ, καὶ τῷ πάνυ πόῤῥω δοκοῦντι νῦν ἀφεστάναι προσέρχεται, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.

Καὶ μὴν, κἀκεῖνό γε ἴστε, ὅτι ὅσα μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἢ ὑφ' ἡμῶν ἔπασχον οἱ Ἕλληνες, ἀλλ' οὖν ὑπὸ γνησίων γε ὄντων τῆς Ἑλλάδος ἠδικοῦντο· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ἄν τις ὑπέλαβε τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἴ τις υἱὸς, ἐν οὐσίᾳ πολλῇ γεγονὼς γνήσιος, διῴκει τι μὴ καλῶς μηδ' ὀρθῶς. Κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ὡς ἄξιός ἐστι μέμψεως καὶ κατηγορίας, ὡς

l. 13. hic videntur differre περίοδος et καταβολή: ego fateor me ignorare quid sit discriminis, nec ipse discrimen assignat Harpocratio, quem vide ad has voces.

Digitized by Google

tatem capit. Quæ quum Græci omnes et audiamus et videamus, non alii ad alios legatos mittimus, non indignamur; sed adeò sumus amentes, atque oppidatìm, tanquam fossis interjectis et vallis separati, ut in hunc usque diem nihil eorum quæ expediunt et conveniunt peragere possimus, neque inire concordiam, neque societatem auxilii et amicitiæ ullam facere; at sinamus Philippum potentiorem fieri, idque tempus dùm alius perit, ut mihi quidem videtur, unusquisque in lucro deputans, de procurandâ Græcorum salute neque cogitet neque laboret. Atqui illum tanquam luem quamdam et febrem aut aliud aliquid mali, etiam in eum qui procul à periculo nunc videtur abesse invasurum, nemo est qui nesciat.

Jam illud quoque nostis, quidquid à vobis et Lacedæmoniis Græci perpessi fuerunt, ea saltem à germanis Græciæ civibus esse perpessos; idque perindè æstimari potuit ac si filius natus in divite familiâ legitimus, aliquid non benè neque rectè administraret. Is quidem quòd ob idipsum dignus esset reprehensione et vituperio liceret

---

l. 21 et seq. vulgata habet, κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο, ἄξιος μέμψεως εἶναι καὶ κατηγορίας· ὡς δ' οὐ προσήκων, ἢ ὡς οὐ

δ' οὐ προσήκων, ἢ ὡς οὐ κληρονόμος τούτων ὧν ταῦτα ἐποίει, οὐκ ἐνῆν ἂν λέγειν. Εἰ δέ γε δοῦλος, ἢ ὑποβολιμαῖος, τὰ μὴ προσήκοντα ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο, ἡράκλεις, ὅσῳ μᾶλλον δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἄξιον πάντες ἂν ἔφασαν εἶναι; Ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει, νῦν οὕτως ἔχουσιν· οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος, οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ Βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι. Καίτοι, τί τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπολείπει; οὐ, πρὸς τῷ πόλεις ἑλληνίδας ἀνῃρηκέναι, τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθήσοντας πέμπει; κύριος δὲ Πυλῶν, καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ, καὶ φρουραῖς καὶ ξέ-

---

κληρονόμος τούτων ὧν ταῦτα ἐποίει, οὐκ εἶναι λέγειν: quod quum evidenter corruptum sit, emendavi ut legitur, constructione phraseos postulante. Ad ὧν sub. ἕνεκα, et totam phrasim sic ad verbum interpretare: *Ob hoc quidem ipsum quòd sit dignus vituperatione et accusatione, liceret dicere; sed quòd non sit propinquus, vel quòd non sit haeres eorum bonorum quorum causa haec faciebat* (i. e. quæ consumebat, quæ dissipabat), *non liceret dicere.* Ceterùm nihil reperii in codicibus undè ægrum hunc locum sanarem: omnes cum vulgatâ consentiunt. Soli codd. L, M, in hoc ab ipsâ discrepant: L,

dicere; sed quòd esset alienus, aut non hæres eorum bonorum quæ dissipabat, non posset dici. At si servus aut subdititius ea quæ nihil ad ipsum attinerent perderet et vastaret, proh! Jupiter, quantò id indigniùs et graviùs ferendum esse omnes dicerent! Sed non de Philippo et iis quæ perpetrat ita sentiunt; de Philippo qui tantùm abest ut Græcus sit Græcisve ullo modo conjunctus, ut nec inter Barbaros sit natus loco honesto, sed Macedo perditus, undè frugi mancipium olìm nullum emi potuit. Attamen quâ extremâ contumeliâ abstinet? Nonne præterquam quòd urbes Græcas everterit, etiam Pythiis præest, communibus Græcorum ludis, aut si ipse abfuerit, mittit servos suos certamini præfuturos? nonne Pylas et Græciæ aditus tenet, quæ loca præsidiis et peregrino milite tuetur?

---

habet κατ' αὐτὸ μέντοι τοῦτο, M οὐκ ἐν εἶναι λέγειν, quod ultimum non valdè differt ab emendatione nostrâ οὐκ ἐνῆν ἂν λέγειν. Cod. N post τούτων dat ὢν in textu et ὢν ad marginem. Aug. primus legit etiam ὢν, et deindè οὐκ ἐνεῖναι λέγειν.

l. 4. post μᾶλλον subaudi τοῦτο quod velim addi.

l. 12 et 13. ἑλληνίδας addidi quod et addunt codd. M, N, V et Cc. Mox τίθησι τὰ Πύθια, intellige, præmia proponit in Pythiis, i. e., Pythiis præsidet.

νοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει; ἔχει δὲ καὶ τὴν προμαντείαν τοῦ θεοῦ, παρώσας ἡμᾶς, καὶ Θετταλοὺς, καὶ Δωριέας, καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας, ἧς οὐδὲ τοῖς Ἕλλησιν ἅπασι μέτεστι; γράφει δὲ Θετταλοῖς, ὅντινα χρὴ τρόπον πολιτεύεσθαι; πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸν δῆμον ἐκβαλοῦντας τῶν Ἐρετριέων, τοὺς δ' ἐπ' Ὠρεὸν, Φιλιστίδην τύραννον καταστήσοντας; Ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες, ἀνέχονται, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ οἱ τὴν χάλαζαν, ἔμοι γε δοκοῦσι θεωρεῖν· εὐχόμενοι μὲν μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι γενέσθαι, κωλύειν δὲ οὐδεὶς ἐπιχειρῶν. Οὐ μόνον δ' ἐφ' οἷς ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεται ὑπ' αὐτοῦ, οὐδεὶς ἀμύνεται, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἀδικεῖται· τοῦτο γὰρ ἤδη τοὔσχατόν ἐστιν. Οὐ Κορινθίων ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλήλυθε καὶ Λευκάδα; οὐκ Ἀχαιῶν Ναύπακτον ἀφελόμενος, ὀμώμοκεν Ἀιτωλοῖς παραδώσειν; οὐχὶ Θηβαίων Ἐχῖνον ἀφῄρηται; καὶ νῦν ἐπὶ Βυζαντίους πορεύεται, συμμάχους ὄντας, οὐχ ἡμῶν; ἐῶ τἄλλα· ἀλλὰ Χεῤῥονήσου τὴν μεγίστην ἔχει πόλιν Καρδίαν. Ταῦτα τοίνυν πάσχοντες ἅπαντες, μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεθα, καὶ πρὸς τοὺς πλησίον βλέπομεν,

---

l. 11. post εὐχόμενοι addidi μὲν assumptum ex codd. N, Cc et Ee. Addit μὲν inter lineas cod. L.

l. 21 et 22. sic Harpocratio ad hunc locum: Δημοσθένης ἐν ἐνάτῳ Φιλιππικῶν φησι· Μένομεν (nostri libri μέλλομεν)

nonne etiam in accipiendis Apollinis oraculis prærogativam habet, repulsis nobis et Thessalis et Doriensibus et aliis Amphictyonibus; in cujus dignitatis societatem nec Græci omnes veniunt? nonne Thessalis præscribit rationem gerendæ reipublicæ? nonne peregrinos milites mittit ad Porthmum, populum Eretriensium ejecturos, et alios Oreum tyrannum Philistidem urbi impositturos? Sed Græci quum hæc vident, tolerant tamen, eodemque modo mihi videntur spectare quo qui grandinem spectant; optare quisque ne ille in suos agros deferatur, dùm nullus conatur prohibere. Illatas autem ab illo Græciæ contumelias adeò quisquam non vindicat, ut nec suas quisque injurias ulciscatur; hoc enim jam extremum est. Nonne Corinthiorum oppida, Ambraciam et Leucadem, invasit? nonne Achæis Naupactum ademptam, AEtolis traditurum se juravit? nonne Thebanis Echinum eripuit? et nunc contrà Byzantios ducit exercitum socios, nonne nostros? omitto cetera; sed Chersonesi maximam urbem habet Cardiam. Hæc porrò quum patiamur omnes, cunctamur, et mollescimus, et ad proximos res-

καὶ μαλακιζόμεθα. Ἐν ἐνίοις γράφεται μαλακιόμεν, ὅπερ δῆλοι τὸν ὅρον φρίττειν, quod significat, *litis decisionem horrescere.*

ἀπιστοῦντες ἀλλήλοις, οὕτω φανερῶς πάντας ἡμᾶς ἀδικοῦντος. Καίτοι τὸν ἅπασιν ἀσελγῶς οὕτω χρώμενον, τί οἴεσθε, ἐπειδὰν καθ' ἕνα ἡμῶν ἑκάστου κύριος γένηται, ποιήσειν;

Τί οὖν αἴτιον τουτωνί; οὐ γὰρ ἄνευ λόγου καὶ δικαίας αἰτίας οὔτε τόθ' οὕτως εἶχον ἑτοίμως πρὸς ἐλευθερίαν ἅπαντες οἱ Ἕλληνες, οὔτε νῦν πρὸς τὸ δουλεύειν. Ἦν τι τότ', ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν· ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου, καὶ ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα, καὶ οὔτε ναυμαχίας, οὔτε πεζῆς μάχης οὐδεμιᾶς ἡττᾶτο· νῦν δ' ἀπολωλὸς ἅπαντα λελύμανται, καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. Τί οὖν ἦν τοῦτο; οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφόν. Ἀλλὰ τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν ἀεὶ βουλομένων, ἢ καὶ διαφθείρειν τὴν Ἑλλάδα, χρήματα λαμβάνοντας, ἅπαντες ἐμίσουν. Καὶ χαλεπώτατον ἦν, τὸ δωροδοκοῦντα ἐξελεγχθῆναι, καὶ τιμωρίᾳ μεγίστῃ τοῦτον ἐκόλαζον, καὶ παραίτησις οὐδεμία ἦν οὐδὲ συγγνώμη. Τὸν οὖν καιρὸν ἑκάστου τῶν πραγμάτων, ὃν ἡ τύχη καὶ τοῖς ἀμελοῦσι κατὰ τῶν προσεχόντων, καὶ τοῖς μηδὲν ἐθέλουσι ποιεῖν

l. 2. ad ἀδικοῦντος velim addi ἐκείνου vel ἀνθρώπου. Cod. K habet ἀδικοῦντι sine φανερῶς, cod. Ee ἀδικοῦντα.

l. 15. in vulgata legitur ἀλλ' ὅτι, recidi vocem ὅτι, quod

Digitized by Google

picimus, aliis alii diffidentes, illo tàm apertè nobis omnibus insultante. Quid verò eum qui in universos ità est petulans, putatis esse facturum ubi nos singulatim subegerit?

4°. Quæ igitur causa est harum rerum? Neque enim sine ratione et justâ causâ, vel tunc adeò alacres erant ad libertatem defendendam omnes Græci, vel nunc sunt parati ad tolerandam servitutem. Fuit tunc aliquid, fuit, ô Athenienses, in populorum animis quod nunc non est; quod Persarum opulentiam vicit, quod Græciæ libertatem asseruit, quod neque navalibus neque terrestribus in præliis succubuit, quodque, postquam nunc perditum est, omnia corrupit, et totam Græciam sursùm deorsùm permiscuit. Quid ergò fuit illud? Nihil multiplex, neque artificiosum; sed quòd omnes oderunt eos qui à quibuslibet dominandi cupidis, aut et Græciam corrumpere conantibus, pecuniam accipiebant. Difficillimum erat tunc delinquentem convincere, convictum maximis pœnis afficiebant, neque deprecationi erat aut veniæ quidquam loci. Proindè occasionem singularum rerum, quam fortuna etiam negligentibus contrà attentos, et

---

abest à codicibus M, N, Cc, Ee.

Digitized by Google

κατὰ τῶν πάντα ἃ προσήκει πραττόντων, πολλάκις παρασκευάζει, οὐκ ἦν πρίασθαι παρὰ τῶν λεγόντων οὐδὲ τῶν στρατηγούντων, οὐδὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, οὐδὲ τὴν πρὸς τοὺς Βαρβάρους καὶ τοὺς τυράννους ἀπιστίαν, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδέν. Νῦν δ' ἅπανθ' ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἐκπέπραται ταῦτα· ἀντεισῆκται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. Ταῦτα δ' ἐστὶ τί; ζῆλος, εἴ τις εἴληφέ τι· γέλως, ἂν ὁμολογῇ· συγγνώμη, τοῖς ἐλεγχομένοις· μῖσος, ἂν τούτοις τις ἐπιτιμᾷ· τἄλλα πάντα ὅσα ἐκ τοῦ δωροδοκεῖν ἤρτηται. Ἐπεὶ καὶ τριήρεις γε καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία, καὶ τἄλλα οἷς ἄν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπαντα καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε πολλῷ· ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα ἄχρηστα, ἄπρακτα, ἀνόνητα, ὑπὸ τῶν πωλούντων γίγνεται.

Ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει τὰ μὲν νῦν, ὁρᾶτε δήπου, καὶ οὐδὲν ἐμοῦ προσδεῖσθε μάρτυρος· τὰ δ' ἐν τοῖς ἄνωθεν χρόνοις, ὅτι τἀναντία τούτων εἶχεν, ἐγὼ δηλώσω, οὐ λόγους ἐμαυτοῦ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δεικνύων, ἃ ἐκεῖνοι

---

l. 5. Dicunt etiam, inquit Harpocratio, ἀπιστίαν pro ἀπείθειαν, ut Demosthenes in nonâ, i. e. in tertiâ vulgò dictâ Philippicarum, aliique plures.

l. 12. antè vocem τριήρεις addidi καὶ cum Feliciano et non-

Digitized by Google

ignavissimis contrà strenuissimos, sæpiùs suppeditat, à nemine vel oratore vel imperatore nundinari licebat, nec mutuam inter nos concordiam , nec diffidentiam adversùs Barbaros et tyrannos, nec denique tale ejusmodi. Nunc tanquam in nundinis vendita sunt hæc omnia, et horum loco ea importata, per quæ Græcia periit et discordiis laboravit. Ea verò quæ sunt? æmulatio si quis quid accipit; risus, si confitetur; venia, si convincitur; odium, si quis ista reprehendit, cetera omnia quæ pendent à corruptelis. Nam et triremes, et multitudo hominum, et pecuniarii reditus, et reliquorum apparatuum copia, ac reliqua quibus civitatum vires æstimari solent, nunc omnia multò et plura et majora sunt quàm superiori ætate: sed universa hæc inutilia, irrita, manca fiunt per istos qui ea cauponantur.

Ac eum quidem esse nunc statum rerum ipsi profectò videtis, neque meo indigetis testimonio. Superioribus autem temporibus contrariam fuisse rationem, ego ostendam, non mea verba proferendo, sed commemorando inscriptionem

---

nullis à Reiskio commemoratis codicibus.

Digitized by Google

κατέθεντο, εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, εἰς ἀκρόπολιν· οὐχ ἵνα αὐτοῖς ᾖ χρήσιμα (καὶ γὰρ ἄνευ τούτων τῶν γραμμάτων τὰ δέοντα ἐφρόνουν), ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς ἔχητε ὑπομνήματα καὶ παραδείγματα, ὡς ὑπὲρ τῶν τοιούτων σπουδάζειν προσήκει. Τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; Ἄρθμιος, φησὶν, ὁ Πυθώνακτος, ὁ Ζελείτης, ἄτιμος ἔστω καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς καὶ γένος. Εἶθ' ἡ αἰτία προσγέγραπται δι' ἣν τοῦτ' ἐγένετο· ὅτι τὸν χρυσὸν ἐκ τῶν Μήδων, εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν, (οὐκ Ἀθήναζε). Ταῦτ' ἐστὶ τὰ γράμματα. Λογίζεσθε δὴ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, τίς ἦν ποτε ἡ διάνοια τῶν τότε Ἀθηναίων τῶν ταῦτα ποιούντων, ἢ τί τὸ ἀξίωμα. Ἐκεῖνοι Ζελείτην τινὰ Ἄρθμιον, δοῦλον βασιλέως (ἡ γὰρ Ζέλεια ἔστι τῆς Ἀσίας), ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον, οὐκ Ἀθήναζε, ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸν καὶ γένος, καὶ ἀτίμους εἶναι. Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἣν ἄν οὑτωσί τις φήσειεν ἀτιμίαν· (τί γὰρ τῷ Ζελείτῃ τοῦτ' ἔμελεν, εἰ τῶν Ἀθήνησι κοινῶν μὴ μεθέξειν ἔμελλεν;) ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει,

---

l. 4. vulg. ὑποδείγματα: dedi ὑπομνήματα, quod dant plurimi et optimi libri.

l. 7. De hoc loco vide Harpocrationem ad vocem ἄτιμος.

Digitized by Google

quam majores nostri pilà æreà insculptam in arce collocàrunt; non ut ipsis usui esset (nam sine his scriptis congrua ipsi sentiebant), at ut vos monumenta et exempla haberetis quantà diligentià res hujusmodi curandæ sint. Quid igitur ait inscriptio? *Arthmius*, inquit, *Pythonactis filius, Zelites, ignominiosus esto, et hostis populi Atheniensis et sociorum, ipse et genus ipsius.* Deindè causa est inscripta propter quam id factum est: *quòd aurum è Mediá in Peloponnesum adduxit*, non Athenas. Hæc est inscriptio. Considerate igitur, per Jovem et deos, et cogitate vobiscum, quæ mens fuerit Atheniensium illorum qui talia facerent, quæve dignitas. Illi quemdam Arthmium Zelitam, servum regis (nam Zelea est Asiæ oppidum) quòd de domini mandato aurum adduxisset in Peloponnesum, non Athenas, hostem judicàrunt et suum et sociorum, ipsum et genus ipsius, et ignominià notàrunt. Id verò non est usitatum quoddam genus ignominiæ: (quid enim viri Zelitæ interesset, si juribus Athenarum communibus non frue-

l. 8. vulg. τὼν Ἀθηναίων: legi τοῦ pro τῶν, ex autoritate codicum K, N, Cc.

l. 11. οὐκ Ἀθήναζε sunt verba oratoris, non inscriptionis.

ἀλλ' ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις· ὑπὲρ ὧν ἂν μὴ διδῷ δίκας, φόνου δικάσασθαι. Ἀλλ' εὐαγὲς ἦν τὸ ἀποκτεῖναι· καὶ ἄτιμος, φησὶ, τεθνάτω. Τοῦτο δὴ λέγει, καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι. Οὐκοῦν ἐνόμιζον ἐκεῖνοι τῆς ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας αὐτοῖς ἐπιμελητέον εἶναι. Οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν, εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται ἢ διαφθείρει, μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. Ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας, ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν. Ἐκ δὲ τούτων, εἰκότως τὰ τῶν Ἑλλήνων ἦν τῷ Βαρβάρῳ φοβερὰ, οὐχ' ὁ Βάρβαρος τοῖς Ἕλλησιν. Ἀλλ' οὐ νῦν. Οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς, οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα, οὔτε πρὸς τὰ ἄλλα. Ἀλλὰ πῶς; ἴστε αὐτοί. Τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν κατηγορεῖν; καὶ παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες. Διόπερ φημὶ ἔγω γε, καὶ σπουδῆς πολλῆς, καὶ βουλῆς ἀγαθῆς, τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι. Τίνος εἴπω; κελεύετε, καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε; ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγίνωσκε.

---

l. 2. διδῷ δίκας, nempè ὁ δῶρα δοὺς ἢ λαβών.

l. 16. Ἕλληνες, subaudi ἔχουσι vel διάκεινται.

l. 19 et 20. ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγίνωσκε, hæc dicuntur ab oratore ad scribam. Deindè addidi pro titulo ἀνάγνωσις γραμματείου. Hic multùm libri variant. Alii legunt ut vulgata, alii neque titulum habent neque ἐκ τοῦ γραμματείου ἀνα-

retur?) at hoc non dicit inscriptio, sed scribitur in legibus capitalibus, *Quarum rerum pœnas non dederit, capitis anquiratur:* sed fas erat eum occidere, *Et iguominiosus*, inquit lex, *moriatur.* Proindè cædis absolvit eum qui horum aliquem occiderit. Itaque putabant illi salutis Græcorum omnium sibi curam suscipiendam esse. Non curassent enim si quis in Peloponneso aliquos emeret aut corrumperet, nì ità sensissent. Eos autem quos animadverterent munera accipere, ità puniebant et persequebantur, ut et eorum nomina pilis inscriberent. Hinc meritò Græci Barbaris erant formidandi, non Barbari Græcis. At nunc aliter. Vos quippè non ità estis animati neque in his rebus, neque in ceteris. Sed quomodo? nostis ipsi. Quorsùm enim attinet accusare vos in omnibus? eadem planè nec melior est ceterorum Græcorum omnium ratio. Quapropter ego assero et magnum studium et bonum consilium requirere hæc negotia. Quodnam utique consilium? jubetis et non irascemini? recita è tabulis.

γίνωσκε: cod. K post ὀργίζεσθε legit litteris rubris et majoribus ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγινώσκει: alii denique, inter quos Fel. et ed. Par., dant titulum ἀνάγνωσις γραμματείου. Hos ego secutus sum.

ΑΝΑΓΝΩΣΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΟΥ.

Ἔστι τοίνυν τὶς εὐήθης λόγος παρὰ τῶν παραμυθεῖσθαι βουλομένων τὴν πόλιν, ὡς ἄρα οὔπω Φίλιππός ἐστι τοιοῦτος οἷοί ποτ᾽ ἦσαν Λακεδαιμόνιοι· οἳ θαλάττης μὲν ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης, βασιλέα δὲ σύμμαχον εἶχον, ὑφίστατο δὲ οὐδὲν αὐτούς· ἀλλ᾽ ὅμως ἠμύνατο κἀκείνους ἡ πόλις, καὶ οὐκ ἀνηρπάσθη.

Ἐγὼ δὲ, ἁπάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πολλὴν εἰληφότων ἐπίδοσιν, καὶ οὐδὲν ὁμοίων ὄντων τῶν νῦν τοῖς πρότερον, οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἐπιδεδωκέναι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀκούω Λακεδαιμονίους τότε καὶ πάντας τοὺς Ἕλληνας, τέτταρας μῆνας ἢ πέντε τὴν ὡραίαν αὐτὴν στρατεύεσθαι, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἐμβαλόντας, καὶ κακώσαντας τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν ὁπλίταις καὶ πολιτικοῖς στρατεύμασιν, ἀναχωρεῖν ἐπ᾽ οἴκου πάλιν. Οὕτω δ᾽ ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ὠνεῖσθαι παρ᾽ οὐδενὸς οὐδὲν, ἀλλ᾽ εἶναι νόμιμόν τινα καὶ προφανῆ τὸν πόλεμον. Νυνὶ δ᾽ ὁρᾶτε μὲν δήπου τὰ πλεῖστα τοὺς προδότας ἀπολωλεκότας, οὐδὲν δ᾽ ἐκ παρατάξεως

l. 14. ἡ ὡραία, scilicet, inquit Reiskius, ὥρα τοῦ ἔτους, bellissima et maturissima anni tempestas.

l. 18. ἀρχαίως, inquit Harpocratio ad hanc vocem, Demo-

RECITATIO TABULARUM.

5°. Est autem ineptus aliquis sermo eorum qui civitatem consolari volunt; Philippum nondùm esse talem quales aliquandò fuerunt Lacedæmonii, qui et mari dominarentur et terrâ universâ, qui regem Persarum socium haberent, quibus nihil obsisteret, et tamen civitatem nostram illos repressisse, nec è medio abreptam fuisse.

Ego verò, quum omnia, ut ità dicam, magna ceperint incrementa, et hæc veteribus nullà re similia sint, nihil arbitror magis auctum esse et mutatum quàm res bellicas. Primùm enim audio Lacedæmonios tunc et omnes ceteros Græcos, quatuor aut quinque menses opportuno belli tempore militasse, ac tùm impressione factà et hostium agro infestato cum legionibus et urbanis copiis, domum rediisse. Adeò autem fuerunt simplices vel potiùs civiles, ut ne pecunià quidem quidquam ab ullo redimerent, at legitimum quoddam et apertum bellum gereretur. Nunc videtis utique per proditores plurima periisse, nihil instructà acie collatisque

sthenes Philippicis, idem ac ἁπλῶς.

Digitized by Google

οὐδ' ἐκ μάχης γινόμενον. Ἀκούετε δὲ Φίλιππον, οὐχὶ τῷ φάλαγγας ὁπλιτῶν ἄγειν, βαδίζονθ' ὅποι βούλεται, ἀλλὰ τῷ ψιλοὺς, ἱππέας, τοξότας ξένους, τοιοῦτον ἐξηρτῦσθαι στρατόπεδον. Ἐπειδὰν δὲ τούτοις κρατῶν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς προσπέσῃ, καὶ μηδεὶς ὑπὲρ τῆς χώρας δι' ἀπιστίαν ἐξίῃ, μηχανήματ' ἐπιστήσας, πολιορκεῖ. Καὶ σιωπῶ θέρος καὶ χειμῶνα, ὡς οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει, οὐδ' ἔστιν ἐξαίρετος ὥρα τις ἣν διαλείπει.

Ταῦτα μέντοι πάντας εἰδότας καὶ λογιζομένους, οὐ δεῖ προσέσθαι τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν, μηδ' εἰς τὴν εὐήθειαν τὴν τοῦ τότε πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου βλέποντας, ἐκτραχηλισθῆναι· ἀλλ' ὡς ἐκ πλείστου φυλάττεσθαι, τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς παρασκευαῖς ὅπως οἴκοθεν μὴ κινήσεται σκοποῦντας, οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνίζεσθαι. Πρὸς μὲν γὰρ πόλεμον πολλὰ φύσει πλεονεκτήματα ὑμῖν ὑπάρχει, ἄνπερ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ποιεῖν ἐθέλωμεν ἃ δεῖ· ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας, ἧς ἄγειν καὶ φέρειν ἐστὶ πολλὴν καὶ κακῶς ποιεῖν, ἄλλα μυρία· εἰς δὲ ἀγῶνα, ἄμεινον ἡμῶν ἐκεῖνος ἤσκηται. Οὐ μόνον δὲ δεῖ ταῦτα γινώσκειν, οὐδὲ τοῖς ἔργοις

---

l. 4. ἐξηρτῦσθαι: dant plerique libri ἐξηρθῆσθαι.

l. 5. vulg. non habet κρατῶν: adjeci ex multis et optimis libris.

Digitized by Google

signis geri. Auditis Philippum non tractis secum armatis legionibus, ire quólibet, sed velitibus, equitibus, sagittariis peregrinis, tali exercitu instructum pergere. Cum quibus posteaquam in eos irruerit qui discordià inter se laborant ac nemo pro agri defensione exeat propter diffidentiam, adductis machinis illos oppugnat. Et taceo nihil eum habere discriminis inter hyemen et æstatem, neque ullum ei tempus esse eximium quod intermittat.

Quæ quum omnes sciatis et reputetis, non oportet vos bellum in regionem vestram admittere, neque ad laconici illius belli simplicitatem respicientes, vos dare in præceps; sed quàm diutissimè priùs est cavendum, ac rebus gerendis et apparatibus ne ille domo se moveat efficiendum, non consertis manibus decertandum. Ad bellum enim multæ naturà nobis sunt commoditates, dummodò, ò Athenienses, ea facere velimus quæ par est fieri; natura regionis illius, cujus magnam partem hostiliter diripere et infestare poterimus; alia sexcenta: sed ad prælium meliùs ille quàm nos est exercitatus. Neque verò solùm ità sentiendum est, et

l. 8. αὐτῷ abest à vulgatà, habent multi et optimi codd.

Digitized by Google

ἐκεῖνον ἀμύνεσθαι τοῖς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καὶ τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ τοὺς παρ' ὑμῖν ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας μισῆσαι· ἐνθυμουμένους, ὅτι οὐκ ἔνεστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κολάσητε ὑπηρετοῦντας ἐκείνῳ. Ὅ, μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, οὐ δύνασθε ὑμεῖς ποιῆσαι, οὐδὲ βούλεσθε. Ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀφῖχθε μωρίας, ἢ παρανοίας, ἢ, οὐκ ἔχω τί λέγω (πολλάκις γὰρ ἔμοι γ' ἐπελήλυθε καὶ τοῦτο φοβεῖσθαι, μή τι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ), ὥστε λοιδορίας, ἢ φθόνου, ἢ σκώμματος, ἢ ἥστινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας, ἀνθρώπους μισθωτοὺς, ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι, λέγειν κελεύετε, καὶ γελᾶτε ἄν τισι λοιδορηθῶσι. Καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας πολιτεύεσθαι δεδώκατε τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσι. Καίτοι θεάσασθε ὅσας συμφορὰς παρασκευάζει τὸ τῶν τοιούτων ἐθέλειν ἀκροᾶσθαι· λέξω δὲ ἔργα ἃ πάντες εἴσεσθε.

Ἦσαν ἐν Ὀλύνθῳ τῶν ἐν τοῖς πράγμασι, τινὲς μὲν τὰ Φιλίππου φρονοῦντες, καὶ πάνθ' ὑπηρετοῦντες ἐκείνῳ, τινὲς δὲ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου, καὶ ὅπως

L. 11 et 12. Codd. M et N legunt σκώμματος, ἢ ἥστινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας, quam lectionem ei prætulimus quam habet vulg. σκώμματος ἕνεκ', ἢ ἥστινος ἂν τύχητε αἰτίας. Inter ceteros codeics, alii non habent ultimum ἢ, alii omittunt ἕνεκ',

ille belli operibus ulciscendus; verùm et firmâ animi cogitatione ii odio prosequendi sunt qui apud vos pro illo loquuntur. Neque enim hostes extrà urbem possunt superari, priusquam eos qui intrà urbem illi operam navant punieritis. Quod, per Jovem et alios deos, neque potestis facere, neque vultis. At in eam venistis stultitiam, aut delirium, aut nescio quid dicam (quippè sæpiùs illud etiam vereri mihi subit ne quod numen infestum res pessumdet), ut convicii, aut invidiæ, aut dicterii, aut cujuslibet rei causâ, homines mercenarios, quorum quidam haud negaturi sint se esse tales, dicere jubeatis, et rideatis si quibus convicia fecerint. Neque dùm hoc grave est, quanquam grave; sed et illud eis dedistis ut minore cum periculo rempublicam administrent quàm vestri defensores. Atqui spectate quanta ex eo mala existant, quòd eos qui tales sunt velitis audire. Dicam autem ea quæ omnes novistis.

6°. Erant Olynthi inter eos qui rempublicam capessebant, quidam Philippi studiosi et in omnibus rebus ei obsequentes, quidam optimè sen-

---

in aliis et ἣ et ἕνεκ' desiderantur, sic et Aldus; nulli legunt ut vulgata: Fel. ut vulg. nisi quòd desit ultimum ἣ.

μὴ δουλεύσωσιν οἱ πολῖται, πράττοντες. Πότεροι δὲ τὴν πατρίδα ἀπώλεσαν; ἢ πότεροι τοὺς ἱππέας προὔδοσαν, ὧν προδοθέντων Ὄλυνθος ἀπώλετο; οἱ τὰ Φιλίππου φρονοῦντες, καὶ ὅτ' ἦν ἡ πόλις, τοὺς τὰ βέλτιστα λέγοντας συκοφαντοῦντες καὶ διαβάλλοντες οὕτως, ὥστε τόν γ' Ἀπολλωνίδην καὶ ἐκβαλεῖν ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀλυνθίων ἐπείσθη.

Οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις μόνοις τὸ ἔθος τοῦτο πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ· ἀλλ' ἐν Ἐρετρίᾳ, ἐπειδή γε ἀπαλλαγέντος τοῦ Πλουτάρχου καὶ τῶν ξένων, ὁ δῆμος εἶχε τὴν πόλιν καὶ τὸν Πορθμόν, οἱ μὲν ἐφ' ὑμᾶς ἦγον τὰ πράγματα, οἱ δ' ἐπὶ Φίλιππον. Ἀκούοντες δὲ τούτων τὰ πολλά, μᾶλλον δὲ τὰ πάντα, οἱ ταλαίπωροι καὶ δυστυχεῖς Ἐρετριεῖς, τελευτῶντες ἐπείσθησαν τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λέγοντας ἐκβαλεῖν. Καὶ γάρ τοι πέμψας Ἱππόνικον ὁ σύμμαχος καὶ φίλος αὐτοῖς Φίλιππος, καὶ ξένους χιλίους, τὰ τείχη περιεῖλε τοῦ Πορθμοῦ, καὶ τρεῖς κατέστησε τυράννους, Ἵππαρχον, Αὐτομέδοντα, Κλείταρχον. Καὶ μετὰ ταῦτ' ἐξελήλακεν ἐκ τῆς χώρας δὶς ἤδη βουλομένους σώζεσθαι, τότε μὲν πέμψας τοὺς μετ' Εὐρυλόχου ξένους, πάλιν δὲ τοὺς μετὰ Παρμενίωνος.

Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ἀλλ' ἐν Ὠρεῷ, Φι-

l. 14. τὰ vulg. non habet, dant multi et optimi codd.

tiebant, et servitutem à civibus depellere nitebantur. Utri autem patriam perdiderunt, vel utri equites prodiderunt, quibus proditis Olynthus interiit? Ii nempè qui Philippi erant studiosi, et qui, urbe incolumi, eos qui optima suadebant ità calumniabantur, ità criminabantur, ut populus Olynthiorum etiam ad ejiciendum Apollonidem impulsus fuerit.

Neque verò apud hos solos ista consuetudo mala omnia creavit, et alibi nusquam; sed Eretriæ, postquam digressis Plutarcho et peregrinis militibus, populus urbem tenebat et Porthmum, alii summam rerum ad nos transferebant, alii ad Philippum. Hos in plerisque ac potiùs in omnibus audientes miseri et infelices Eretrienses, tandem adducti sunt ut eos ejicerent qui ipsorum causam agebant. Proindè misso Hipponico, socius et amicus eorum Philippus, et peregrinis mille, muros Porthmi diruit, et tres constituit tyrannos, Hipparchum, Automedontem, Clitarchum. Ac postea eos bis regione expulit quum jam servari vellent, missis primùm peregrinis cum Eurylocho militibus, deindè aliis cum Parmenione.

Et quorsùm attinet agere pluribus? Orei

λιστείδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ, καὶ Μένιππος, καὶ Σωκράτης, καὶ Θόας, καὶ Ἀγαπαῖος, οἵπερ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν· καὶ ταῦτ' ᾔδεσαν ἅπαντες· Εὐφραῖος δέ τις ἄνθρωπος, καὶ παρ' ὑμῖν πότ' ἐνθάδε οἰκήσας, ὅπως ἐλεύθεροι καὶ μηδενὸς δοῦλοι ἔσονται. Οὗτος τὰ μὲν ἄλλα ὡς ὑβρίζετο καὶ προεπηλακίζετο ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ τῶν Ὠρειτῶν, πολλὰ ἂν εἴη λέγειν· ἐνιαυτῷ δὲ πρότερον τῆς ἁλώσεως, ἐνέδειξεν ὡς προδότην τὸν Φιλιστείδην, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, αἰσθόμενος ἃ πράττουσι. Συστραφέντες δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ, καὶ χορηγὸν ἔχοντες Φίλιππον, καὶ πρυτανευόμενοι παρ' ἐκείνου, ἀπάγουσι τὸν Εὐφραῖον εἰς τὸ δεσμωτήριον ὡς συνταράττοντα τὴν πόλιν. Ὁρῶν δὲ ταῦθ' ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀρειτῶν, ἀντὶ τοῦ τῷ μὲν βοηθεῖν, τοὺς δ' ἀποτυμπανίσαι, τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι ταῦτα παθεῖν ἔφη, καὶ ἐπέχαιρε. Μετὰ ταῦθ', οἱ μὲν ἐπ' ἐξουσίας ὁπόσης ἠβούλοντο ἔπραττον ὅπως ἡ πόλις ληφθήσεται, καὶ κατεσκευάζοντο τὴν πρᾶξιν· τῶν δὲ πολλῶν εἴ τις αἴσθοιτο, ἐσίγα καὶ κατεπέπληκτο, τὸν Εὐφραῖον οἷα ἔπαθε μεμνημένος. Οὕτω δ' ἀθλίως διέκειντο τῷ φόβῳ, ὥστε οὐ πρότε-

---

l. 3 et 4. post Εὐφραῖος, suspicor cum Reiskio deesse μέτριος, vel ἐπιεικὴς, vel tale quid.

l. 5. ad ὅπως sub. ἔπραττε quod præcessit.

l. 12. πρυτανευόμενοι, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ διοι-

Digitized by Google

porrò Philippi negotium agebant Philistides et Menippus, et Socrates, et Thoas, et Agapæus, qui nunc tenent urbem; et hæc nôrant omnes: quidam autem Euphræus, qui aliquandò hìc apud vos habitavit, hoc efficere conabatur ut sui cives liberi essent et nemini servirent. Quibus is injuriis et contumeliis ab oritano populo fuerit affectus, multa dici queant; anno autem antè excidium proditionis reum fecit Philistidem et ejus gregales, animadversis eorum conatibus. Concitati indè homines multi, et præbitorem habentes Philippum, et instructi illius consiliis, abducunt Euphræum in carcerem ut reipublicæ perturbatorem. Ea videns populus oritanus, hunc adeò non adjuvit, illosque egit in cruciatum, ut nec illis irasceretur, et hunc meritò ea pati diceret eique insultaret. Deindè illi tantam nacti licentiam quantam volebant, id egerunt ut oppidum caperetur, et rem confecerunt; ac si quis è populo sensisset, tacebat exterritus, memor quid Euphræo acciderit. Jamque metu adeò obstupebant, ut non priùs au-

---

κούμενοι καὶ διαστρεφόμενοι, Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ (imò ἐννάτῳ) Φιλιππικῶν.

l. 22. addidi τῷ φόβῳ, ex multis et optimis codicibus.

ρον ἐτόλμησεν οὐδεὶς, τοιούτου κακοῦ προσιόντος, ῥῆξαι φωνὴν, πρὶν διασκευασάμενοι πρὸς τὰ τείχη προσῄεσαν οἱ πολέμιοι. Τηνικαῦτα δ' οἱ μὲν ἠμύνοντο, οἱ δὲ προὐδίδοσαν. Τῆς δὲ πόλεως οὕτως ἁλούσης αἰσχρῶς καὶ κακῶς, οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι, τοὺς τότε σώζοντας αὐτοὺς καὶ τὸν Εὐφραῖον, ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποκτείναντες· ὁ δ' Εὐφραῖος ἐκεῖνος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν, ἔργῳ μαρτυρήσας ὅτι καὶ δικαίως καὶ καθαρῶς ὑπὲρ τῶν πολιτῶν ἀνθειστήκει Φιλίππῳ.

Τί οὖν ποτ' αἴτιον θαυμάζετ' ἴσως, τοῦ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους, καὶ τοὺς Ἐρετριεῖς, καὶ τοὺς Ὠρείτας, ἥδιον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντας ἔχειν ἢ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν. Ὅπερ καὶ παρ' ὑμῖν νῦν ἐστιν· ὅτι, τοῖς μὲν ὑπὲρ τοῦ βελτίστου λέγουσιν, οὐδὲ βουλομένοις ἔνεστιν ἐνίοτε πρὸς χάριν οὐδὲν εἰπεῖν (τὰ γὰρ πράγματ' ἀνάγκη σκοπεῖν ὅπως σωθήσεται)· οἱ δ' ἐν αὐτοῖς οἷς χαρίζονται, Φιλίππῳ συμπράττουσιν. Εἰσφέρειν ἐκέλευον· οἱ δ' οὐδὲν δεῖν ἔφασαν. Πολεμεῖν καὶ μὴ πιστεύειν· οἱ δ' ἄγειν εἰρήνην, ἕως

---

l. 15. non habet vulgata νῦν ἐστιν. Inter codices quos inspexi, alii non habent neque νῦν neque ἐστιν, alii dant utrumque sive in textu, sive additum inter lineas, sive ad marginem, alii dant ἐστιν sine νῦν. Ad νῦν ἐστιν sub. τὸ αἴτιον.

l. 20. mutavi interpunctionem hujus phraseos quam sic

Digitized by Google

deret quisquam, tali imminente malo, vocem rumpere, quàm instructà acie ad muros hostes accederent. Tunc demùm alii oppidum defendebant, alii prodebant. Ità flagitiosè et turpiter capto oppido, isti imperant et tyrannide potiuntur, iis qui tùm et semetipsos et Euphræum tuebantur, quidlibet facere parati, partìm ejectis, partìm occisis; Euphræus utique semetipsum jugulavit, ipsà re testatus se justè et integrè pro civibus restitisse Philippo.

Quidnam igitur causæ sit miramini forsitan cur et Olynthii, et Eretrienses, et Oritæ, magis Philippi defensoribus faverint quàm suis. Eadem causa est quæ et nunc apud vos. Nempè ii qui optima suadent, ne si velint quidem, quidquam ad gratiam dicere aliquandò possunt (nam necesse est providere ut res incolumes sint); illi verò his ipsis gratiam ineunt quæ agunt in Philippi utilitatem. Hi jubebant pecunias conferre; illi nihil conferendum aiebant. Hi bellandum et diffidendum; illi pacem agendam, donec om-

---

explico. Εἰσφέρειν ἐκέλευον· (nempè οἱ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου λέγοντες) οἱ δ' (nempè οἱ Φιλίππῳ συμπράττοντες) οὐδὲν δεῖν ἔφασαν, *dicebant nihil oportere* conferre. Πολεμεῖν καὶ μὴ πιστεύειν, boni cives jubebant *bellare et non credere* Philippo. *Alii autem* (amici Philippi) *jubebant* pacem agere.

ἐγκατελήφθησαν. Τἆλλα τὸν αὐτὸν τρόπον οἶμαι πάνθ', ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγω. Οἱ μὲν, ἐφ' οἷς ἤδη χαριοῦνται ταῦτ' ἔλεγον, καὶ ἐλύπουν οὐδέν· οἱ δ' ἐξ ὧν ἔμελλον μὲν σωθήσεσθαι, οἷς δὲ προσῆσαν ἀπέχθειαι. Πολλὰ δὲ, καὶ τὰ τελευταῖα, οὐχ οὕτως, οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε δι' ἄγνοιαν, οἱ πολλοὶ προΐεντο, ἀλλ' ὑποκατακλινόμενοι, ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον. Ὃ, νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω, δέδοικα ἔγω γε μὴ πάθητε καὶ ὑμεῖς, ἐπειδὰν εἰδῆτε ἐκ λογισμοῦ μηδὲν ὑμῖν ἐνὸν, καὶ τοὺς εἰς τοῦθ' ὑπάγοντας ὑμᾶς ὁρῶν, οὐκ ὀῤῥωδῶ, ἀλλὰ δυσωποῦμαι· ἢ γὰρ ἐξεπίτηδες, ἢ δι' ἄγνοιαν, εἰς χαλεπὸν πρᾶγμα ὑπάγουσι τὴν πόλιν. Καίτοι μὴ γένοιτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. Τεθνάναι γὰρ μυριάκις κρεῖττον, ἢ κολακείᾳ τί ποιῆσαι Φιλίππῳ, καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς. Καλὴν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν

---

l. 3 et seq. vulg. ἔλεγον. Οἱ δ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι οἷς προσῆκαν ἀπέχαι, quod emendavi partim ex codd. quos adivi, partim ex meo. Codd. M et Cc addunt in textu καὶ ἐλύπουν οὐδὲν, L addit ad marginem. Codd. K, M, Cc, Dd habent προσῆσαν δὲ ἀπέχθειαι servato οἷς, V et Ee omisso οἷς, et ità L legit ad marginem. Codd. D, N, O, V, X, Rr, Ss, legunt σωθήσεσθαι. Πολλὰ, ceteris omissis. Ità Ald. Fel. et ed. Par. Ceterùm ad ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι, subaudi τὰ

nes circumventi sunt. Cetera eodem ferè modo omnia, ut opinor, ne singula referam. Alteri igitur ea dicebant quæ delectarent in præsentiâ nihilque offenderent; alteri ea per quæ res servarentur, at ea conjuncta cum offensione. Populi autem multa postremò nec temerè, nec gratiæ causâ, nec per ignorationem abjecerunt, sed quòd animis despondentes, se prorsùs resistendo impares existimarent. Quod ego nunc, per Jovem et Apollinem, vereor ne vobis etiam accidat, postea quam videritis consilio vos nihil profecturos, ac eos qui vos huc redigunt non horreo sed detestor; aut enim de industriâ aut per ignorantiam in maximas difficultates rempublicam adducunt. Verùm utinam, ô Athenienses, res eò non redeant! Mori enim millies præstat quàm per assentationem Philippo quidquam gratificari, et aliquos vestrî defensores abjicere. Præclara nunc oritano populo relata est gratia, quòd Philippi amicis se commiserit

---

πράγματα, vel οἱ πολῖται.

l. 7. προΐεντο regit πολλὰ quod præcessit. Nonnulli codd. addunt ἑαυτοὺς post προΐεντο.

l. 12. ἐνσωποῦμαι interpretatur φοβοῦμαι Harpocratio; cui non assentior, nam ἐνσωποῦμαι adauget vim vocis ὀῤῥωδῶ: itaque mihi videtur significare, *aversor*, *detestor*.

αὐτούς, τὸν δ' Εὐφραῖον ἐώθουν· καλήν γ' ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἐρετριέων, ὅτι τοὺς ὑμετέρους μὲν πρέσβεις ἀπήλασε, Κλειτάρχῳ δὲ ἐνέδωκεν αὐτόν· δουλεύουσί γε μαστιγούμενοι καὶ στρεβλούμενοι. Καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο, τῶν τὸν μὲν Λασθένην ἵππαρχον χειροτονησάντων, τὸν δὲ Ἀπολλωνίδην ἐκβαλόντων. Μωρία καὶ κακία τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν, κακῶς βουλευομένους καὶ αὐτούς, καὶ μηδὲν ὧν προσήκει ποιεῖν ἐθέλοντας· ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λεγόντων ἀκροωμένους, τηλικαύτην ἡγεῖσθαι πόλιν οἰκεῖν τὸ μέγεθος, ὥστε μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ δεινὸν πείσεσθαι. Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν, συμβάντος τινός· Τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι; νὴ τὸν Δία. Ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι. Πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν Ὀλύνθιοι νῦν, ἃ τότε εἰ προείδοντο, οὐκ ἂν ἀπώλοντο· πόλλ' ἂν Ὠρεῖται, πολλὰ Φωκεῖς, πολλὰ τῶν ἀπολωλότων ἕκαστοι. Ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος αὐτοῖς; ἕως γὰρ ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν τε μεῖζον, ἄν τ' ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην, καὶ κυβερνήτην, καὶ πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς, πρόθυμον εἶναι, καὶ ὅπως μήθ' ἑκών, μήτ' ἄκων, μηδεὶς ἀνατρέψῃ τοῦτο, σκο-

---

l. 2. addidi τῶν cum codd. D, Cc, Dd, Ee.

l. 7 et 8. vulg. habet καὶ antè κακῶς: ego transposui ex autoritate codicis U. Codd. D, O et P prorsus omittunt καί. Cod. K non habet αὐτούς, L neque καὶ neque αὐτούς.

et Euphræum ejecerit. Præclara populo Eretriensium, quòd repulerit vestros legatos, et se dediderit Clitarcho : serviunt illi flagris affecti et tormentis. Præclarè Olynthiis ille pepercit, qui ut Lasthenem ducem equitum creaverunt, ità Apollonidem exterminârunt. Stultitiæ esset et ignaviæ talia vos sperare, atque interim malè vobis consulere, nec ea facere velle quæ conveniunt, ac iis qui pro hostibus loquuntur audiendis existimare vos civitatem tantâ magnitudine incolere ut extrà omne periculum posita sit. Atqui turpe fuerit, si quid acciderit postea, dicere: Quis, per Jovem, hæc futura existimasset ? Hoc vel illud faciendum fuerat, hoc vel illud non faciendum. Multa nunc dicere queant Olynthii, quæ tunc si prævidissent, non periissent; multa Oritæ, multa Phocenses, multa quicumque perierunt. Sed quidnam hæc eos juvant? Dùm navis utique est incolumis, sive ea major, sive minor sit, tùm decet et nautam et gubernatorem et omnem virum esse strenuum, ac providere ne quis aut volens aut imprudens eam sub-

---

l. 14. νὴ τὸν Δία : hæc ironicè, inquit Volfius, à Demosthene respondentur.

l. 19. adjeci γὰρ quod et adjiciunt codd. M, Cc et Dd.

πεῖσθαι· ἐπειδὰν δὲ ἡ θάλαττα ὑπέρσχῃ, μάταιος ἡ σπουδή. Καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕως ἐσμὲν σῶοι, πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον, τί ποιῶμεν; πάλαι τίς ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται. Ἐγὼ, νὴ Δί', ἐρῶ, καὶ γράψω δέ· ὥστε, ἂν βούλησθε, χειροτονήσετε.

Αὐτοὶ πρῶτον ἀμυνόμενοι καὶ παρασκευαζόμενοι, τριήρεσι, καὶ χρήμασι, καὶ στρατιώταις λέγω (καὶ γὰρ, ἂν ἅπαντες δουλεύειν δήπου συγχωρήσωσιν οἱ ἄλλοι, ὑμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιστέον)· ταῦτα δὴ πάντα αὐτοὶ παρασκευασάμενοι, καὶ ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φανερὰ, τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν, καὶ τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω· (οὐδὲ γὰρ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων ἀφέστηκε, τὸ μὴ τοῦτον ἐᾶσαι πάντα καταστρέψασθαι)· ἵν' ἐὰν μὲν πείσητε, κοινωνοὺς ἔχητε καὶ τῶν κινδύνων, καὶ τῶν ἀναλωμάτων, ἄν τι δέῃ· εἰ δὲ μὴ, χρόνους γε ἐμποιῆτε τοῖς πράγμασιν. Ἐπειδὴ γάρ ἐστι πρὸς ἄνδρα, καὶ

---

l. 6 et 7. χειροτονήσετε : Reiskius dat χειροτονήσατε ex nonnullis quos citat codicibus.

l. 9. καὶ χρήμασι : hoc καὶ addidi assumptum ex codd. K et M.

Digitized by Google

vertat; at ubi superat mare, supervacuum est omne studium. Ità et nos quoque, ô Athenienses, dùm incolumes sumus, dùm civitatem habemus maximam, dùm opportunitates plurimas, dùm honestissimam existimationem, quid agemus? jamdudùm aliquis in hoc consessu libenter forsitan rogitaret. Ego dicam, per Jovem, et decreto conscribam; ità ut, si voletis, exequamini.

7°. Ubi nosmetipsi primùm, ad vim propulsandam, erimus instructi triremibus, pecuniis, et militibus dico (etenim si alii universi servituti acquiescerent scilicet, vobis saltem pro libertate certandum est); ubi his, inquam, omnibus instructi erimus, et hæc Græcis declaraverimus, ceteros jam exhortemur, et qui hæc edocturi sint legatos passìm dimittamus, in Peloponnesum, Rhodum, Chium, ad regem Persarum dico (neque enim ab illius rationibus abhorret ne istum subigere sinamus omnia): ut si persuaseritis, socios habeatis et periculorum et sumptuum, si res ità tulerit; sin minùs, rem saltem differatis. Quia enim cum uno viro, non

l. 12. adjeci αὐτοὶ ex autoritate codicum K, M et Ec.

l. 15. vulg. πανταχοῦ: prætuli πανταχοῖ, quod dant Codd. O, P et Ss.

οὐχὶ συνεστώσης πόλεως ἰσχὺν, ὁ πόλεμος, οὐδὲ τοῦτ' ἄχρηστον. Οὐδ' αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι περὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκεῖναι καὶ κατηγορίαι, ἃς ἐγὼ, καὶ Πολύευκτος, ὁ βέλτιστος ἐκεινοσὶ, καὶ Ἡγήσιππος, καὶ Κλειτόμαχος, καὶ Λυκοῦργος, καὶ οἱ ἄλλοι, πρέσβεις περιήλθομεν, καὶ ἐποιήσαμεν ἐπισχεῖν ἐκεῖνον, καὶ μήτ' ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλθεῖν, μήτ' ἐς Πελοπόννησον ὁρμῆσαι.

Οὐ μέντοι λέγω μηδὲν αὐτούς ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἐθέλοντας ποιεῖν, τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν. Καὶ γὰρ εὔηθες τὰ οἰκεῖα αὐτοὺς προιεμένους, τῶν ἀλλοτρίων φάσκειν κήδεσθαι, καὶ τὰ παρόντα περιορῶντας, ὑπὲρ τῶν μελλόντων τοὺς ἄλλους φοβεῖν. Οὐ λέγω ταῦτα, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν Χεῤῥονήσῳ χρήματ' ἀποστέλλειν φημὶ δεῖν, καὶ τἄλλα ὅσα ἀξιοῦσι ποιεῖν, αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθαι, καὶ πρώτους ἃ χρὴ ποιοῦντας, τότε καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας συγκαλεῖν, συνάγειν, διδάσκειν, νουθετεῖν. Ταῦτ' ἔστι πόλεως ἀξίωμα ἐχούσης, ἡλίκον ὑμῖν ὑπάρχει. Εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν, ἢ Με-

l. 2. ἄχρηστον, subaudi γενήσεται.

Ibid. πρεσβεῖαι, sub. ἄχρηστοι ἐγένοντο.

l. 11. vulg. προέμενους : prætuli προιεμένους, quod dant multi et optimi codd.

l. 18. reposui συνάγειν, quod omissum fuit in vulgatâ, et

cum civitatis conjunctæ viribus, nobis bellum existit, ne hoc quidem nullum habet usum. Neque superioris anni legationes illæ in Peloponnesum fuerunt irritæ, quas ego et Polyeuctus, optimus ille vir, et Hegesippus, et Clitomachus, et Lycurgus, et alii legati, passìm obivimus, neque etiam accusationes quas sparsimus ubique, quibusque effecimus ut ille, represso impetu, nec Ambraciam invaderet, nec in Peloponnesum irrueret.

Illud tamen non dico, si ipsi nihil quod necesse est pro nobismetipsis agere velimus, alios esse excitandos. Etenim absurdum fuerit ut qui ipsi sua deserunt, aliena se curare profiteantur, et dùm præsentia negligunt, rerum futurarum metum aliis proponant. Non dico hæc; sed chersonitanis militibus pecuniam dico esse mittendam, et alia quæcumque postulant præstanda, nosmetipsos autem instruendos esse, et nobis primis facienda esse ea quæ conveniunt, ac tùm demùm ceteros Græcos convocandos, congregandos, edocendos, admonendos. Hæc civitatis sunt quæ tantam habet autoritatem quantam vos obtinetis. Sin putatis Chalcidenses Græciam ser-

quod habent libri universi.

γαρέας, ὑμεῖς δ᾽ ἀποδράσεσθαι τὰ πράγματα, οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε. Ἀγαπητὸν γὰρ ἂν αὐτοὶ σώζωνται τούτων ἕκαστοι, ἀλλ᾽ ὑμῖν τοῦτο πρακτέον. Ὑμῖν οἱ πρόγονοι τοῦτο τὸ γέρας ἐκτήσαντο καὶ κατέλιπον μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων. Εἰ δ᾽ ὃ βούλεται ζητῶν ἕκαστος καθεδεῖται, καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποίησῃ σκοπῶν, πρῶτον μὲν οὐ μὴ πόθ᾽ εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας, ἔπειτα δέδοικα ὅπως μὴ πάντα ὅσα οὐ βουλόμεθα ποιεῖν ἡμῖν ἀνάγκη γενήσεται. Εἰ γὰρ ἦσαν, εὕρητ᾽ ἂν πάλαι, ἕνεκα τοῦ μηδὲν ὑμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ᾽ οὐκ εἰσίν.

Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα λέγω, ταῦτα γράφω, καὶ οἴομαι καὶ νῦν ἔτι ἐπανορθωθῆναι ἂν τὰ πράγματα, τούτων γιγνομένων. Εἰ δέ τις ἔχει τούτων τί βέλτιον, λεγέτω καὶ συμβουλευέτω. Ὅ, τι δ᾽ ὑμῖν δόξειε, τοῦτ᾽, ὦ πάντες θεοὶ, συνενέγκοι.

---

l. 3. τοῦτο πρακτέον, i. e., τὴν Ἑλλάδα σωστέον.

l. 7. pro ἄν τὶς in vulgatâ legi αὐτὸς, quod habent libri ceteri.

Ibid. codd. N, Rr, Ss, legunt ποιήσει: cod. P habet ποιήσῃ scriptum suprà ποιήσει.

vaturos, aut Megarenses, dùm vos vitabitis operum molestias, non rectè putatis. Benè enim cum illis agitur, si illorum quisque manserit incolumis; vobis universa Græcia defendenda est. Hoc vobis munus et decus majores vestri per plurima et præclara et magna discrimina partum reliquerunt. Sed si unusquisque id quod cupit requirens sedebit otiosus, et hoc spectabit ne quid sibi laboris sit capiendum; primùm nunquam eos inveniet qui rem gerant, deindè metuo ne omnia quæ non cupimus facere sit necesse. Nam si qui essent, jam olìm essent inventi, siquidem vos ipsi nihil agere velitis; at non sunt.

Ego igitur hæc dico, hæc decerno; et arbitror nunc etiam res posse emendari, si hæc fiant. Si quis autem his melius aliquid habet, dicat et suadeat. Quod verò vobis probatum fuerit, id omnes deos precor ut sit ex usu reipublicæ.

Ibid. vulg. οὐδὲ μή: dedi οὐ μὴ ex codicibus N et Cc.

l. 14. vulg. βελτίω: emendavi βέλτιον ex codd. L, M, N, V, Cc, Dd, Ee. Cod. K habet βέλτιον sine τί: O dat βελτίω sine τί.

ANALYSIS

PHILIPPICAE QUARTAE.

Propositum.

Quum in Thraciâ Philippus vincere pergeret, quum jam oppugnaturus esset Perinthum et Byzantium, Eubœamque suo addixisset imperio, Demosthenes concionatur, eò adducturus Athenienses ut fervidam et indefessam illius cupiditatem retundant.

Exordium.

Queritur orator de incuriâ Atheniensium in publicis rebus, quòd satis habeant in concionibus audire si quid novi dicitur, et æqua disceptare sedentes et otiosi, dùm in armis Philippus ea quæ sibi expediunt agit alacriter. Ostendit quam ob causam et quibus modis ii dominentur in civitatibus qui Philippo favent, et undè res civitatis suæ in pejus eant; ac postquam explicavit quo pacto Macedoniæ rex paulatim et sensim maximus evaserit, præmonet sè dicturum jam quid sit agendum.

Confirmatio.

1°. Demonstrat paulò fusiùs Philippum pacem violasse, Atheniensium civitati bellum inferre, ipsique hostem et malevolum esse et esse debere.

2°. Hâc re demonstratâ, dicit Atheniensibus non esse postulandum ab oratore ut decreto bellum suadeat, sed ipsis bellum suscipiendum esse gnaviter; itaque conferendam pecuniam, comparandos exercitus, et ipsis omnia suppeditanda quæ necessaria sunt. Hinc vividè exponit socordiam quâ res nunc sua civitas administrat, et quæ commoda ex aliâ agendi ratione consequentur.

3°. Pergit ostendendo bellum prorsùs suscipiendum esse, non consideratis sumptu, molestiis et labore; atque instat vehementiùs ut suos cives è turpi veterno excitet, quum eos premat necessitas quæ viros cogit honestos et ingenuos. Ipsis exprobrat quòd ne velint quidem ea audire quæ in deliberationem cadunt, et post decisa tandem negotia præposteri deliberent.

4°. Monet audientes pecuniis præsertìm reipublicæ opus esse, ac tempus esse commodissimum ut cum Persarum rege colloquantur, eumque adducant ut se pecuniâ et armis adjuvet. Contendit non Persarum sed Macedoniæ regem verè nunc esse metuendum.

5°. Loquitur de pecuniâ theatrali, quæ obstat ne publica res rectè administretur. De hâc pecuniâ oratori immutatam esse voluntatem constat, et quum cives suos videret inflexibiles, ipsum de viâ, publicæ causâ utilitatis, paulùm deflexisse. Hìc itaque suadet divitibus, ne molestè ferant hanc pecuniam accipere pauperes; rursúsque pauperibus, ut publicis pecuniis contenti non privatas attingant, et quemque sua sinant securiùs possidere.

6°. Atheniensibus exprobrat quòd mutatis jam animis existiment se non debere sua impendere ut Græcis injuriâ affectis opitulentur: stylo paulò fusiori probat hinc Philippum evasisse potentissimum, et locum vacuum occupavisse, civitatem è contrà atheniensem nullo in loco esse apud ceteras Græciæ civitates.

7°. Cetera reipublicæ mala persequitur, quæ confert in proditores à quibus venduntur rei gerendæ occasiones: eos validè confutat qui negabant bellum esse suadendum, qui pacis commoda et magni exercitûs alendi molestias exaggerabant: causam adjicit cur cives suos criminarentur bellum suadentes, et Philippum bello grassantem placidis oculis spectarent: dicit quid indè eveniat.

8°. Docet civitati atheniensi Philippum multò esse infestiorem quàm ceteris, id quod fusè arguit exemplis ceterorum populorum, quos ille saltem beneficiis priùs deliniverat quàm dolis et armis perderet: vehementiùs impugnat oratores nonnullos, qui, dùm Philippo faverent, celebres facti et divites, civitatem suam inopem et obscuram effecerant, ac præsertim Aristodemum quemdam, qui, quum ipse publicæ rerum ad-

---

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

ΚΑὶ οὗτος ὁ λόγος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει τῷ φθάνοντι, καὶ πλέον οὐδὲν, οὔτε ἴδιον, πλὴν τὸ περὶ τῆς ὁμονοίας πολίτευμα. Διαφερομένων γὰρ τῶν πλουσίων πρὸς τοὺς πένητας, ὁ Δημοσθένης καταπαύειν πειρᾶται τὴν στάσιν· τῷ μὲν δήμῳ παραινῶν μὴ δημεύειν τὰς τῶν πλουσίων οὐσίας, τοῖς δὲ πλουσίοις, μὴ φθονεῖν τοῖς ἀπόροις τοῦ δημοσίου λήμματος. Πείθει δὲ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ συμμαχίας πρεσβεύεσθαι.

---

l. 1. τῷ φθάνοντι: codd. Q, U, Dd et Ee τῷ φθάσαντι.

ministrationi daret operam inquietus, satagebat ut Athenienses manerent quieti et desides.

9°. Totam orationem sic concludit, se, quum multa adhuc habeat dicenda, desinere, quia scilicet non inopià verborum res pessimè eunt, sed facilitate eos audiendi qui in gratiam Philippi loquuntur; ceterùm se benevolè, simpliciter, nullo conciliandæ pecuniæ studio, vera nunc et utilia dixisse.

Dicta est hæc oratio eodem anno quarto olympiadis CIX, sub archonte Nicomacho.

LIBANII ARGUMENTUM

QUARTÆ IN PHILIPPUM ORATIONIS.

IDEM et hujus orationis argumentum est quod præcedentis, neque quicquam est in eà amplius aut peculiare, præter illam de concordià rationem. Quum enim divites à pauperibus dissentirent, Demosthenes satagit ut dissidio finem afferat, plebi suadens ne divitum fortunas publicet; divitibus, ne lucellum illud quod è publico percipiunt tenuioribus invideant. Suadet etiam Atheniensibus ut legatos mittant ad regem Persarum de societate cum ipso ineundà.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΚΑὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν ἃ νομίζω συμφέρειν. Οὐκ ὀλίγων δ᾽ ὄντων ἁμαρτημάτων, οὐδ᾽ ἐκ μικροῦ χρόνου συνειλεγμένων, ἐξ ὧν φαύλως ταῦτ᾽ ἔχει, οὐδὲν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων δυσχολώτερον εἰς τὸ παρὸν, ἢ ὅτι ταῖς γνώμαις ὑμεῖς ἀφεστήκατε τῶν πραγμάτων, καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδάζετε, ὅσον ἂν κάθησθε ἀκούοντες ἤν προσαγγελθῇ τι νεώτερον· εἰτ᾽ ἀπελθὼν ἕκαστος ὑμῶν, οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέμνηται.

Ἡ μὲν οὖν ἀσέλγεια, καὶ πλεονεξία, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους Φίλιππος ἀεὶ χρῆται, τοσαύτη τὸ πλῆθος ἐστὶν ὅσην ἀκούετε· ὅτι δ᾽ οὐκ ἔνι ταύτης

---

l. 6 et 7. pro δυσκολώτατον in vulg. legi δυσκολώτερον, quod et habent codd. K, M, R, Cc, Kk: codd. N et Q dant δυσκολώτερον, et suprà, δυσκολώτατον.

l. 13 et 14. ἀεὶ addidi cum codicibus Dd et Kk, et ἐστὶν

ORATIO QUARTA

CONTRA PHILIPPUM.

Exordium.

Quum et gravibus vos, ô Athenienses, et reipublicæ necessariis de rebus deliberare existimem, operam dabo ut de his ea dicam quæ è republicâ esse arbitror. Quanquam autem delicta non pauca sunt, neque parvo tempore cumulata, per quæ res nostræ malè se habent; nihil tamen omnium est, ô Athenienses, in præsentiâ difficilius, quàm quòd vos animis à rebus gerendis avertamini, et eis tantisper navetis operam, dùm sedetis et auditis ubi quid novi nuntiatum fuerit: deindè vestrûm quisque digressus, non modò non eas curat, sed nec earum meminit quidem.

Ac petulantia quidem et cupiditas, quibus ergà universos mortales semper Philippus utitur, tantæ sunt quantas auditis. Eum autem non

cum codd. M, N, Q, R, Cc, Dd, Ee, Kk.

ἐκεῖνον ἐπισχεῖν ἐκ λόγου καὶ δημηγορίας, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. Καὶ γὰρ εἰ μήδ' ἀφ' ἑνὸς τῶν ἄλλων τοῦτο μαθεῖν δύναιτό τις, ὡδὶ λογισάσθω. Ἡμεῖς οὐδαμοῦ πώποτε, ὅπου περὶ τῶν δικαίων εἰπεῖν ἐδέησεν, ἡττήθημεν, οὐδ' ἀδικεῖν ἐδόξαμεν, ἀλλὰ πάντων πανταχοῦ κρατοῦμεν καὶ περίεσμεν τῷ λόγῳ. Ἆρ' οὖν διὰ ταῦτ' ἐκείνῳ φαύλως ἔχει τὰ πράγματα, ἢ τῇ πόλει καλῶς; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἐπειδὰν γὰρ, ὁ μὲν μετὰ ταῦτα λαβὼν βαδίζῃ τὰ ὅπλα, πᾶσι τοῖς οὖσιν ἑτοίμως κινδυνεύων, ἡμεῖς δὲ καθώμεθα, οἱ μὲν εἰρηκότες τὰ δίκαια, οἱ δ' ἀκηκοότες· εἰκότως, οἶμαι, τὰ ἔργα τοὺς λόγους παρέρχεται, καὶ προσέχουσιν ἅπαντες, οὐχ οἷς εἴπομέν ποθ' ἡμεῖς δικαίοις, ἢ νῦν ἂν εἴπομεν, ἀλλ' οἷς ποιοῦμεν. Ἔστι δὲ ταῦτα οὐδένα τῶν ἀδικουμένων σώζειν δυνάμενα.

Οὐδὲν γὰρ δεῖ πλείω περὶ αὐτῶν λέγειν. Τοιγάρτοι διεστηκότων εἰς δύο μέρη ταῦτα τῶν ἐν ταῖς πόλεσι, τῶν μὲν εἰς τὸ μήτε ἄρχειν βίᾳ βούλεσθαι μηδενὸς, μήτε δουλεύειν ἄλλῳ, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι· τῶν δ' εἰς τὸ ἄρχειν μὲν τῶν πολιτῶν ἐπιθυμεῖν, ἑτέρῳ δ' ὑπακούειν

---

l. 9. vel μετὰ ταῦτα intelligendum *per haec, inter haec*, i. e. interea dùm nos verba serimus; vel forsan mutandum in μετὰ τάχους. Ceterùm pro λαβὼν μετὰ ταῦτα in vulg. prætuli μετὰ ταῦτα λαβὼν ex codicibus Cc et Dd.

Digitized by Google

posse coerceri verbis et concionibus, nemo certè ignorat. Etenim si è nullâ re aliâ id aliquis posset cognoscere, ità ratiocinetur. Nos nullo unquam loco, quum de jure disputandum fuit, victi, nec injuriam fecisse visi sumus, sed omnes ubique superamus et vincimus oratione. Numquid igitur propterea res illi sunt adversæ, aut reipublicæ prosperæ? multùm certè abest. Quum enim ille sumptis confestìm armis progreditur, omnes fortunas in discrimen adducens alacriter, nos verò sedemus, postquam alii æqua diximus, alii audivimus, contingit verisimiliter, opinor, ut facta orationibus antevertant, et omnes curent, non æqua verba quæ unquam dixerimus, sed facta quæ agimus. Atqui hæc sunt ejusmodi ut neminem oppressum injuriâ servare possint.

Atenim plura de his dicere supervacaneum foret. Ceterùm quum homines in civitatibus in duas hasce sint divisi partes, alii ut neque vi imperare velint, neque servire cuiquam, sed in libertate et legibus ex æquo vivere; alii ut civibus imperare cupiant, et alteri parere per quem

---

L. 16 et 17. hic est γὰρ *atenim*, *sedenim*. Deindè τοιγάρτοι indicat transitionem abruptam ab uno ad aliud.

δι' ὅτου ποτ' ἂν οἴονται τοῦτο δυνήσεσθαι ποιῆσαι· οἱ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, οἱ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες, κεκρατήκασι πανταχοῦ· καὶ πόλις δημοκρατουμένη βεβαίως οὐκ οἶδ' εἴ τίς ἐστι τῶν πασῶν λοιπὴ πλὴν ἡ ὑμετέρα· καὶ κεκρατήκασιν οἱ δι' ἐκείνου τὰς πολιτείας ποιούμενοι, πᾶσιν ὅσοις πράγματα πράττεται. Πρώτῳ μὲν πάντων καὶ πλείστῳ, τῷ τοὺς βουλομένους χρήματα λαμβάνειν, ἔχειν τὸν δώσοντα ὑπὲρ αὐτῶν· δευτέρῳ δὲ καὶ οὐδὲν ἐλάττονι τούτου, τῷ δύναμιν τὴν καταστρεψομένην τοὺς ἐναντιουμένους αὐτοῖς, ἐν οἷς ἂν αἰτήσωσι χρόνοις, παρεῖναι. Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον τούτοις ἀπολειπόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' οὐδ' ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα· ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν, ἤ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον, ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Εἶτ', οἶμαι, (δεῖ γάρ, ὡς ἐγὼ κρίνω, λέγειν τἀληθῆ) οὕτω διαβεβλήμεθα καὶ καταπεφρονήμεθα ἐκ τούτων, ὥστε τῶν ἐν αὐτῷ τῷ κινδυνεύειν ὄντων, οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας ὑμῖν ἀντιλέγουσιν, οἱ δ' ὑπὲρ τοῦ ποῦ συνεδρεύσουσι, τινὲς δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀμύνεσθαι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν ἐγνώκασι.

Τοῦ χάριν δὴ ταῦτα λέγω καὶ διεξέρχομαι; οὐ γὰρ ἀπεχθάνεσθαι, μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς

l. 13. vulg. ὑπολειπόμεθα: legi ἀπολειπόμεθα, quod habent

Digitized by Google

id se consecuturos arbitrentur: ii qui sequuntur sectam illius, quique tyrannides et principatus concupivere, ubique superaverunt: et civitas in quâ constanter democratia vigeat haud scio an ulla sit reliqua ex omnibus vestrâ exceptâ; et superaverunt qui ex illius arbitrio res administrant, iis omnibus quibus negotia conficiuntur. Quorum illud primum omnium est et usitatissimum, quod præbitorem habeant ad eos corrumpendos qui pecuniam volunt accipere: alterum, et nihilò hoc inferius, quòd istis copiæ quibus ipsorum adversarii evertantur, quocumque tempore postulârint, præstò sint. Nos verò non his solùm vincimur, Athenienses, at nec expergefieri possumus, sed sumus haud absimiles hominibus qui mandragoram aut simile aliquod venenum biberunt. Deindè (vera enim, ut ego reor, fatenda sunt) eo utique pacto in eam infamiam et contemptum venimus, ut eorum qui in ipsis periculis versantur, alii de principatu vobis contradicant, alii de concilii loco, quidam etiam per seipsos potiùs quàm vestro auxilio defendere se decreverint.

Quâ igitur gratiâ hæc loquor et recenseo? Non enim, per Jovem et omnes deos, mihi studeo

---

universi ferè codd. quos inspexi.

Digitized by Google

θεοὺς, προαιροῦμαι, ἀλλ' ἵνα ὑμῶν ἕκαστος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο γνῷ καὶ ἴδῃ, ὅτι ἡ καθ' ἡμέραν ῥαστώνη καὶ ῥαθυμία, ὥσπερ ἐν τοῖς ἰδίοις βίοις, οὕτω κἀν ταῖς πόλεσιν, οὐκ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀμελουμένων ποιεῖ τὴν αἴσθησιν εὐθέως, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραγμάτων ἀπαντᾷ.

Ὁρᾶτε Σέῤῥιον καὶ Δορίσκον· ταῦτα γὰρ πρῶτον ὠλιγωρήθη μετὰ τὴν εἰρήνην, ἃ πολλοῖς ὑμῶν οὐδὲ γνώριμά ἐστιν ἴσως. Ταῦτα μέντοι τότε ἐαθέντα καὶ παροφθέντα, ἀπώλεσε Θρᾴκην, καὶ Χερσοβλέπτην, σύμμαχον ὄντα ὑμῶν. Πάλιν ταῦτ' ἀμελούμενα ἰδὼν, καὶ οὐδεμιᾶς βοηθείας τυγχάνοντα παρ' ὑμῶν, κατέσκαψε Πορθμὸν, καὶ τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ. Ταύτης ὀλιγωρουμένης, Μέγαρα ἑάλω παρὰ μικρόν. Οὐδὲν ἐφροντίσατε, οὐδ' ἐπεστράφητε ἐπ' οὐδενὶ τούτων, οὐδ' ἐνεδείξασθε τοῦτ' ὅτι οὐκ ἐπιτρέψετε ταῦτα ποιεῖν αὐτῷ· Ἀντρῶνας ἐπρίατο, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τὰ ἐν Ὠρεῷ πράγματ' εἰλήφει. Πολλὰ δὲ καὶ παραλείπω, Φερὰς, τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδὸν, τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγὰς, ἄλλα μυρία. Οὐ γὰρ ἵν' ἐξαριθμήσωμαι τοὺς βεβιασμένους καὶ τοὺς ἠδικημένους ὑπὸ Φιλίππου, ταῦτα

---

l. 4. κἀν resolve in καὶ ἐν. Deindè vulg. ἀφ' ἑκάστου, dedi ἐφ' ἑκάστου, quod et dant multi et optimi codd.

Digitized by Google

odium concitare et invidiam; sed ut unusquisque vestrûm hoc intelligat et videat, quotidianam segnitiem et socordiam, ut in privatâ vitâ, sic etiam in civitatibus, non in iis singulis quæ negliguntur statìm animadverti, at in summâ rerum occurrere.

Videte Serrium et Doriscum: hæc enim primùm neglecta sunt post pacem factam, quæ multis vestrûm nec nota sunt fortassè. Ea tamen tunc neglecta et despecta, perdidere Thraciam et Cersobleptem socium vestrum. Rursùs ea negligi quum ille videret, et nullis defendi vestris auxiliis, subruit Porthmum, et tyrannidem è regione Atticæ, veluti propugnaculum, vobis objecit in Eubœâ. Hujus minimè habitâ ratione, Megara propemodùm capta sunt. Nihil curastis, neque harum rerum ullâ estis commoti, neque ostendistis vos ei hæc agere non permissuros; Antronas pecuniis emit, nec multò post Oreo potitus est. Multa prætermitto, Pheras, iter ad Ambraciam, factas Elide cædes, alia infinita. Non enim ut enumerarem vi subactos et injuriis affectos à Philippo hæc recensui; sed

---

l. 20. vulg. Φεῤῥάς: prætuli Φερὰς, et ità legunt plerique codd. quos mihi inspicere licuit.

διεξῆλθον, ἀλλ' ἵνα τοῦθ' ὑμῖν ἐπιδείξω, ὅτι οὐ στήσεται πάντας μὲν ἀνθρώπους ἀδικῶν, πάντα δ' ὑφ' αὑτῷ ποιούμενος Φίλιππος, εἰ μή τις αὐτὸν κωλύσει.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι τοὺς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγους, εὐθὺς εἰώθασιν ἐρωτᾶν, Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; οὐχ ἵνα ἀκούσαντες ποιήσωσι (χρησιμώτατοι γὰρ ἂν ἦσαν ἁπάντων), ἀλλ' ἵνα τοῦ λέγοντος ἀπαλλαγῶσι. Δεῖ δ' ὅμως εἰπεῖν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν.

Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο παρ' ὑμῖν αὐτοῖς βεβαίως γνῶναι, ὅτι τῇ πόλει Φίλιππος πολεμεῖ, καὶ τὴν εἰρήνην λέλυκε, καὶ κακόνους μὲν καὶ ἐχθρός ἐστιν ὅλῃ τῇ πόλει, καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει, προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θεοῖς, οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν! οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον ἢ τῇ πολιτείᾳ πολεμεῖ, οὐδ' ἐπιβουλεύει καὶ σκοπεῖ μᾶλλον οὐδὲν τῶν ἁπάντων, ἢ ὅπως ταύτην καταλύσῃ. Καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης τρόπον τινὰ νῦν γε δὴ ποιεῖ. Λογίζεσθε γάρ· ἄρχειν βούλεται, τούτου δ' ἀνταγωνιστὰς μόνους ὑπείληφεν ὑμᾶς. Ἀδικεῖ πολὺν ἤδη χρόνον, καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἄριστα σύνοιδεν ἑαυτῷ· οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει χρῆσ-

l. 6. vulg. εὐθέως: prætuli euphoniæ causâ εὐθὺς, quod habent codd. N, Q, R, Kk.

l. 12. γνῶναι, sub. χρὴ ex præcedenti.

Digitized by Google

ut hoc vobis ostenderem non desiturum Philippum omnes mortales vexare, et omnia suæ ditionis facere, nisi quis eum prohibuerit.

Sunt autem quidam qui, priusquam verba de rebus audierint, statim interrogare soleant, Quid igitur est agendum? non ut eo audito faciant aliquid (omnium enim utilissimi essent), sed ut audiendi molestiâ liberentur. Dicendum est tamen quid sit agendum.

Confirmatio.

1°. Primùm, Athenienses, id omninò persuasum habere debetis, Philippum civitati nostræ bellum inferre, pacemque violasse, eumdemque hostem esse et malevolum toti civitati et solo civitatis, addam etiam diis urbis præsidibus, qui utinam ipsum perdant! nulli tamen rei tàm infensè adversatur atque insidiatur quàm nostræ rerum administrationi, nec in quidquam aliud tàm studiosè incumbit quàm ut hanc evellat. Idque nunc ex necessitate facit quodammodo. Sic enim cogitate. Imperare vult; hujus autem rei vos solos existimat adversarios. Injurius est in vos longo jam tempore, ut ipse sibi est optimè conscius, siquidem iis quæ nobis erepta

Digitized by Google

θαι, τούτοις ἅπαντα τἄλλα βεβαίως κέκτηται. Ἐι γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν πρόειτο, οὐδ' ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς ἡγεῖτο. Ἀμφότερα οὖν οἶδε, καὶ αὐτὸν ὑμῖν ἐπιβουλεύοντα, καὶ ὑμᾶς αἰσθανομένους. Ἐῦ φρονεῖν δ' ὑμᾶς ὑπολαμβάνων, δικαίως μισεῖν αὐτὸν ἡγεῖται. Πρὸς δὲ τούτοις τοιούτοις οὖσιν, οἶδεν ἀκριβῶς, ὅτι οὐδὲ ἂν ἁπάντων τῶν ἄλλων γένηται κύριος, οὐδὲν ἔστ' αὐτῷ βεβαίως ἔχειν, ἕως ἂν ὑμεῖς δημοκρατῆσθε· ἀλλ', ἐάν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα (πολλὰ δ' ἂν γένοιτο ἀνθρώπῳ), ἥξει πάντα τὰ νῦν βεβιασμένα καὶ καταφεύξεται πρὸς ὑμᾶς. Ἐστὲ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφυκότες· ἀλλ' ἕτερον λαβεῖν κωλῦσαι, καὶ τὸν ἔχοντ' ἀφελέσθαι, καὶ ὅλως ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις, καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐλευθερίαν ἐξελέσθαι, δεινοί. Ὄυκουν βούλεται τοῖς αὐτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν· οὐ κακῶς, οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος. Πρῶτον μὲν δὴ, τούτου δεῖ χάριν ἐχθρὸν ὑπειληφέναι τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας ἀδιάλλακτον ἐκεῖνον· δεύτερον δὲ εἰδέναι σαφῶς ὅτι πάνθ' ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευά-

---

l. 3. servavi ἡγεῖτο : sed potuisset assumi ἐδύνατο ex codd. K, M, N, Q et Kk. Cod. Y scribit ἐδύνατο suprà ἡγεῖτο.

l. 6 et 7. τοσούτοις : legi τοιούτοις cum codd. N, O, Q, R et Kk. Codex M habet τοιούτοις scriptum suprà τοσού-

tenet, utitur ad cetera omnia securè possidenda. Nam si Amphipolim amitteret et Potidæam, nec in Macedoniâ se tutò manere posse arbitraretur. Utrumque igitur novit, et se vobis insidiari, et vos id adnimadvertere. Quum autem vos cordatos esse autumet, se jure vobis odio esse putat. Præter hæc tàm multa, hoc novit optimè, etiamsi ceteros omnes suæ dominationi subjecerit, se tamen nihil firmiter tenere posse dùm vos democratiâ utemini; at si quis casus adversus inciderit (quales homini evenire multi possunt), fore ut omnes qui vi subacti illi parent, ad vos confugiant. Namque non ea vestra sunt ingenia, ut ipsi aliis vi oppressis imperia usurpetis; sed estis acres et prompti ut alium potiri principatu prohibeatis, aut eo potitum exturbetis, ac denique imperium affectantibus facessere negotium, et omnibus hominibus libertatem restituere. Non igitur vult nostram libertatem suis imminere commodis; et in eo non malè nec segniter cogitat. Primùm igitur ob hoc ille existimandus est omnis reipublicæ et democratiæ hostis non placabilis. Secundò illud certò sciendum, omnia quæ molitur et apparat nunc ad civita-

---

τοις : Dd jungit hæc duo sic, τοιούτοις οὖσι καὶ τοσούτοις.

ζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται. Οὐ γὰρ οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδεὶς, ὥστ' ὑπολαμβάνειν τὸν Φίλιππον, τῶν μὲν ἐν Θράκῃ κακῶν (τί γὰρ ἂν ἄλλο τίς εἴποι Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειραν, καὶ ἃ νῦν φασὶν αὐτὸν ἔχειν;) τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν, καὶ ὑπὲρ τοῦ ταῦτα λαβεῖν, καὶ πόνους, καὶ χειμῶνας, καὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους, ὑπομένειν· τῶν δ' Ἀθήνῃσι λιμένων, καὶ νεωρίων, καὶ τριηρῶν, καὶ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων, καὶ τοσούτων προσόδων, καὶ τόπων καὶ δόξης (ὧν μήτ' ἐκείνῳ, μήτ' ἄλλῳ γένοιτο μηδενὶ, χειρωσαμένῳ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, κυριεῦσαι) οὐκ ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμᾶς ἐάσειν ἔχειν, ὑπὲρ δὲ τῶν μελινῶν καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις σιῤῥοῖς, ἐν τῷ βαράθρῳ χειμάζειν. Οὐκ ἔστι ταῦτα· ἀλλὰ κἀκεῖνα ὑπὲρ τοῦ τούτων γένεσθαι κύριος, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πραγματεύεται.

Ταῦτα τοίνυν ἕκαστον εἰδότα καὶ γιγνώσκοντα παρ' αὐτῷ, δεῖ, μὰ Δί', οὐ γράψαι κελεύειν πόλεμον τὸν τὰ βέλτιστα ἐπὶ πᾶσι δικαίοις συμβουλεύοντα· τοῦτο μὲν γάρ ἐστιν ὅτῳ μὴ πολεμήσετε λαβεῖν βουλομένων, οὐχ ἃ τῇ πόλει συμφέρει πράτ-

---

l. 10. pro τόπου in vulg. dedi τόπων assumptum ex codd. N, Q, R, Cc, Dd, Ee, Kk.

l. 15. σιῤῥοῖς : multi codd. habent σιροῖς : nam, ut jam animadvertimus in oratione de Chersoneso, utrumque diceba-

tem nostram oppugnandam pertinere. Neque enim quisquam vestrûm ità hebes est ut Philippum existimet villulas in Thracià (nam quo alio nomine appelles Drongilum, et Cabylen, et Mastiram, et ea quæ nunc tenere dicitur) istas, inquam, villulas cupere, utque eas obtineat et labores et hyemes et extrema pericula sustinere; Atheniensium verò portus, et navalia, et triremes, et argentifodinas, et tantos proventus, et locos, et gloriam (quibus absit ut vel ille, vel quisquam alius, nostrà urbe subactà, potiatur!) non cupere, sed passurum ut vos hæc teneatis, quum propter panicum et siliginem, in thraciis cuniculis defossa, in barathro non dubitet hybernare. Non ità est; verùm et illa et cetera omnia satagit ut his potiatur.

2°. Hæc igitur unusquisque sciens et apud se cognoscens, non debet, per Jovem, jubere ut decreto bellum suadeat is qui optimo animo utilissima suadet. Namque id eorum est qui detrectandi belli causam quærunt, non qui ea quæ sint ex reipublicæ usu agere statuerunt. Etenim

---

tur σιῤῥοὶ vel σιροί. Vide quæ ibi notavimus, p. 290.

l. 21. antè πολεμήσετε addidi μὴ acceptum ex codd. L, O, P, Q, V, X, Y, Ss et Fel. Cod. Y habet etiam οὐ antè βουλομένων, quod οὐ D et U habent sine μή.

τειν. Ὁρᾶτε γάρ· εἰ δι᾽ ἃ πρῶτα παρεσπόνδησε Φίλιππος, ἢ δεύτερα, ἢ τρίτα (πολλὰ γάρ ἐστιν ἐφεξῆς), ἔγραψέ τις αὐτῷ πολεμεῖν; ὁ δ᾽ ὁμοίως, ὥσπερ νῦν, οὐ γράφοντος Ἀθηναίων οὐδενὸς πόλεμον, Καρδιανοῖς ἐβοήθει· οὐκ ἀνηρπασμένος ἂν ἦν ὁ ταῦτα γράψας, καὶ αὐτό γε τοῦθ᾽ ἅπαντες ᾐτιῶντο ἂν αὐτὸν Καρδιανοῖς βεβοηθηκέναι; Μὴ τοίνυν ζητεῖτε ὅντινα, ἀνθ᾽ ὧν Φίλιππος ἐξαμαρτάνει, μισήσετε, καὶ τοῖς παρ᾽ ἐκείνου μισθαρνοῦσι διασπάσασθαι παραβαλεῖτε· μηδ᾽ αὐτοὶ χειροτονήσαντες πόλεμον, βούλεσθε παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς ἐρίζειν, εἰ δέον ἢ μὴ δέον ὑμᾶς τοῦτο πεποιηκέναι· ἀλλ᾽ ὃν ἐκεῖνος πολεμεῖ τρόπον, τοῦτον ἀμύνεσθε, τοῖς μὲν ἀμυνομένοις ἤδη, χρήματα, καὶ τἄλλα ὧν ἂν δέωνται, διδόντες, αὐτοὶ δ᾽ εἰσφέροντες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ κατασκευαζόμενοι στράτευμα, τριήρεις ταχείας, ἵππους, ἱππαγωγοὺς, καὶ τἄλλα ὅσα εἰς πόλεμον. Ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ᾽ ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασι, καὶ Φίλιππον δὲ αὐτὸν οἶμαι οὐδὲν ἂν ἄλλο, μὰ τοὺς θεοὺς, εὔξασθαι ποιεῖν τὴν πόλιν, ἢ ταῦτα ἃ νῦν ποιεῖτε. Ὑστερίζετε, ἀναλίσκετε, ὅτῳ

---

l. 3. ad ἔγραψε sub. ἂν potentiale.

l. 6. vulg. καὶ διὰ τοῦτο ἅπαντες : dedi ut legitur juxtà multos et optimos codd.

l. 7. αὐτὸν, nempè, Philippum.

l. 9 et 13. vulg. διασπάσεσθαι et ἀμύνασθαι : legi διασπά-

videte, si quis propter ea in quibus Philippus primùm, secundùm, aut tertiùm, fœdus violârat (quippè multoties illud violavit) decreto suasisset ut illi bellum inferretur, ille verò æquè ut nunc, nemine Atheniensium decretum ferente de bello, Cardianis opem tulisset, annon abreptus esset è medio decreti autor, et omnes questi essent Philippum propter hoc ipsum decretum Cardianis opem tulisse. Ne igitur quæritote quem pro delictis Philippi oderitis, et mercenariis illius dilaniandum objiciatis: neque si bellum ipsi decreveritis, velitis inter vos disceptare utrùm id vos fecisse decuerit vel non decuerit; sed quemadmodum ille bellum infert, ità vos propulsate, iis qui nunc propulsant pecuniam date, et cetera quibus egent, conferentes ipsi tributum, ò Athenienses, exercitum comparantes, triremes celeres, equos, hippagines, et alia quæ ad bellum requiruntur. Ut enim nunc res administramus ridiculum est. Quin ipsum etiam Philippum, per deos, optare arbitror ut non aliud agat civitas nostra quàm quæ nunc agitis: cessatis, sumptus facitis, cui man-

---

σασθαι et ἀμύνεσθε, et ità legunt permulti et optimi codices.

l. 17 et 18. ὅσα εἰς πόλεμον, sub. ἀναγκαῖά ἐστιν.

παραδώσετε τὰ πράγματα ζητεῖτε, δυσχεραίνετε, ἀλλήλους αἰτιᾶσθε. Ἀφ' ὅτου δὲ ταῦτα γίγνεται, ἐγὼ διδάξω, καὶ ὅπως παύσεται λέξω. Οὐδὲν πώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πραγμάτων ἐξ ἀρχῆς ἐνεστήσασθε, οὐδὲ κατεσκευάσασθε ὀρθῶς, ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον ἀεὶ διώκετε· εἶτ' ἐπειδὰν ὑστερίσητε, παύεσθε· ἕτερον πάλιν ἐὰν συμβῇ τι, παρασκευάζεσθε καὶ θορυβεῖσθε. Τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει. Οὐκ ἔνεστι βοηθείαις χρωμένους οὐδὲν τῶν δεόντων πώποτε πρᾶξαι· ἀλλὰ κατασκευάσαντας δεῖ δύναμιν καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαντας, καὶ ταμίας δημοσίους, καὶ ὅπως ἔνι τὴν τῶν χρημάτων φυλακὴν ἀκριβεστάτην γενέσθαι, οὕτω ποιήσαντας, τὸν μὲν τῶν χρημάτων λόγον παρὰ τούτων λαμβάνειν, τὸν δὲ τῶν ἔργων, παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ μηδεμίαν πρόφασιν τοῦ πλεῖν ἄλλοσε, ἢ πράττειν ἄλλο τι, τῷ στρατηγῷ καταλείπειν. Ἂν δ' οὕτω ποιήσητε, καὶ τοῦτο ἐθελήσητε, ὡς ἀληθῶς ἄγειν εἰρήνην δικαίαν καὶ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ Φίλιππον ἀναγκάσετε, ἢ πολεμήσετε ἐξ ἴσου. Καὶ ἴσως ἂν ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥσπερ ὑμεῖς νῦν πυνθάνεσθε τί ποιεῖ Φίλιππος, καὶ ποῖ πορεύεται· οὕτως ἐκεῖνος φροντίσει

l. 8. τὸ δ' subaudi πρᾶγμα.

l. 19. ἐπὶ τῆς, subaudi χώρας. Dant ἐπὶ τοῖς D, Ee et Ald. var. Habent P et Cc ἐπὶ τοῖς scriptum suprà ἐπὶ τῆς. Legitur apud K μένειν ἐπὶ τοῦ τόπου Φίλ. Ità et M in quo suprà scrip-

Digitized by Google

detis res quæritis, succensetis, alius alium accusatis. Undė porrò ista fiant ego docebo, et quomodo desinent dicam. Nihil unquam, Athenienses, ab initio instituistis, neque rectė instruxistis, sed eventum semper assectamini; deindė si seriùs venistis, cessatis. Rursùs, si quid aliud evenerit, instruitis vos et tumultuamini. At non ità agendum est. Nam tumultuariis auxiliis nunquam poterit quidquam rectė confici; sed conscribendæ legiones sunt, et commeatus illis suppeditandus, et publici quæstores deligendi, et postquam diligentissima conservandæ pecuniæ ratio inita fuerit, pecuniarum à quæstoribus, rerum gestarum rationes à duce reposcentur, neque huic navigandi aliò, aut aliquid aliud agendi causa ulla relinquetur. Quòd si hæc omni studio feceritis, cogetis Philippum reverà pacem æquam agere et domi se continere, aut æquo marte cum ipso decertabitis. Et forsan, Athenienses, forsan, ut vos nunc sciscitamini quid agat Philippus, et quò proficiscatur; sic et ille sollicitus erit quò nostræ

---

tum est τοῦ αὐτοῦ.

l. 22. Reiskius legit οὗτος αὖ ἐκεῖνος φροντίσαι, ex multis codicibus qui habent φροντίσαι, et ἄν quod mutavit in αὖ.

ποῖ ποτε ἡ τῆς πόλεως ἀπῆρκε δύναμις, καὶ ποῦ φανήσεται.

Εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα, καὶ δαπάνης πολλῆς, καὶ πόνων πολλῶν, καὶ πραγματείας εἶναι, καὶ μάλα ὀρθῶς δοκεῖ· ἀνάγκη γάρ, ἀνάγκη πόλλ᾽ ἐκ τοῦ πολέμου γίγνεσθαι τὰ δυσχερῆ. Ἀλλ᾽ ἐὰν λογίζηται τὰ τῇ πόλει μετὰ ταῦτα γενησόμενα, ἐὰν ταῦτα μὴ ἐθέλῃ ποιεῖν, εὑρήσει λυσιτελοῦν τὸ ἑκόντας ποιεῖν τὰ δέοντα. Εἰ μὲν γάρ ἐστί τις ἐγγυητὴς ἡμῖν θεῶν (οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδεὶς ἂν γένοιτο ἀξιόχρεως τηλικούτου πράγματος) ὡς ἐὰν ἄγηθ᾽ ἡσυχίαν καὶ ἅπαντα πρόησθε, οὐκ ἐπ᾽ αὐτοὺς ὑμᾶς τελευτῶν ἐκεῖνος ἥξει, αἰσχρὸν μέν, νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς, καὶ ἀνάξιον ὑμῶν, καὶ τῶν ὑπαρχόντων τῇ πόλει, καὶ τῶν πεπραγμένων τοῖς προγόνοις, τῆς ἰδίας ῥαθυμίας ἕνεκα, τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας εἰς δουλείαν προέσθαι. Καὶ ἔγω γε αὐτὸς τεθνάναι μᾶλλον ἂν ἢ ταῦτ᾽ εἰρηκέναι βουλοίμην. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἴ τις ἄλλος λέγει, καὶ ὑμᾶς πείθει, ἔστω, μὴ ἀμύνεσθε, ἅπαντα πρόεσθε· εἰ δὲ μηδενὶ τοῦτο δοκεῖ, τοὐναντίον δὲ προΐσμεν ἅπαντες, ὅτι ὅσῳ ἂν πλειόνων ἐάσωμεν ἐκεῖνον γενέσθαι κύριον, τοσούτῳ χαλεπωτέρῳ καὶ ἰσχυροτέρῳ χρησόμεθα

l. 17. post αὐτὸς vulg. habet μὲν, quod expunxi ut inutile,

civitatis copiæ se contulerint, et quò sint erupturæ.

3°. Si cui verò videbitur hæc sine magnis sumptibus et multis laboribus non posse confici, rectè omninò videtur; necesse enim, necesse est multas oriri è bello molestias. At si idem consideret quæ civitati post eventura sint nisi hæc facere voluerit, id deprehendet expedire ut ultrò faciamus quod debet fieri. Nam si quis deorum vobis spondeat (nec enim ulli mortalium tantâ de re fides haberi tutò possit) illum, si quieveritis et omnia neglexeritis, non in vos ipsos tandem impetum esse facturum; hoc, per Jovem et omnes deos, turpe fuerit, et indignum tùm vobis, tùm civitatis gloriâ, tùm majorum facinoribus, ob privatum vestrum otium reliquos Græcos omnes desertos objicere servituti. Ac ego quidem ipse emori malim quàm hæc suadere. Verùm si quis talia dicit et vobis persuadet, esto, ne defendite vos, omnia abjicite. Sin hoc nullus itâ judicat, ac contrà præscimus omnes, quantò plura eum sibi subjicere permiserimus, tantò cum graviore et potentiore hoste nobis fore conflictandum, quid res dif-

---

et omissum in universis ferè quos inspexi codicibus.

Digitized by Google

ἐχθρῷ, τί ἀναδυόμεθα, ἢ τί μέλλομεν, ἢ πότε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν, νὴ Δί', ἀνάγκη τίς ᾖ. Ἀλλ' ἣν μὲν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι, οὐ μόνον ἤδη πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε· τὴν δὲ τῶν δούλων, ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ. Διαφέρει δὲ τί; ὅτι ἔστιν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνθρώπῳ μεγίστη ἀνάγκη, ἡ ὑπὲρ τῶν γιγνομένων αἰσχύνη, καὶ μείζω ταύτης οὐκ οἶδα ἥντινα ἂν εἴποι τις· δούλῳ δὲ, πληγαὶ, καὶ ὁ τοῦ σώματος αἰκισμός· ὃ μήτε γένοιτο, οὔτε λέγειν ἄξιον.

Τὸ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰ τοιαῦτα ὀκνηρῶς διακεῖσθαι ἃ δεῖ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς οὖσι λειτουργῆσαι ἕκαστον, ἔστι μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔχον, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ· οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει γέ τινα πρόφασιν ὅμως. Τὸ δὲ μηδ' ὅσα ἀκοῦσαι δεῖ, μηδ' ὅσα βουλεύσασθαι προσήκει, μηδὲ ταῦτ' ἐθέλειν ἀκούειν, μηδὲ βουλεύεσθαι· τοῦτ' ἤδη πᾶσαν ἐπιδέχεται κατηγορίαν. Ὑμεῖς τοίνυν οὔτ' ἀκούειν πρὶν ἂν, ὥσπερ νῦν, αὐτὰ παρῇ τὰ πράγματα, οὔτε βουλεύεσθαι περὶ οὐδενὸς εἰώθατε ἐφ' ἡσυχίας. Ἀλλ' ὅταν μὲν ἐκεῖνος παρασκευάζηται ἐφ' ὑμᾶς, ἀμελήσαντες τοῦ ποιεῖν τοῦτο, καὶ ἀντιπαρασκευάζεσθαι,

---

l. 18. addidi juxtà Reiskii mentem μηδὲ βουλεύεσθαι, quod abest à vulgatâ evidenter malè.

Digitized by Google

ferimus? aut quid cunctamur? aut quandò, Athenienses, rerum curam suscipiemus? Quandò, per Jovem, aliqua ingruerit necessitas. Atqui ea necessitas quam homo liber ità nominet, non tantùm jam adest, sed jampridem etiam præteriit. Servilis autem necessitas ne ingruat utique est optandum. Quid verò inter utramque est discriminis? Nempè hominem liberum hæc maximè necessitas urget quod ex malè gestis rebus dedecus exoritur; et hàc ego major quæ necessitas sit dicenda nescio: servo autem plagæ et corporis cruciatus; quæ utinam ne fiant, neque dictu digna sunt.

Ac ad ea quidem, ò Athenienses, segnes esse et tardos quæ corporibus et facultatibus ab unoquoque reipublicæ præstanda sunt, id non probandum est ullo modo; non, multùm abest: verumtamen habet aliquid excusationis. Sed nec ea quæ audienda sunt, quæque cadunt in deliberationem, audire velle, neque de his velle deliberare, id verò omni reprehensione dignum est. Vos autem nec audire, priusquam, ut nunc, res ipsæ adsint, nec ullâ de re deliberare soletis per otium. At dùm ille se contrà vos instruit, idem agere, et vicissìm instrui cessatis, et si

ῥαθυμεῖτε, καὶ ἐάν τι λέγῃ τις, ἐκβάλλετε· ἐπειδὰν δὲ ἀπολωλὸς ἢ πολιορκούμενόν τι πύθησθε, τηνικαῦτ᾽ ἀκροᾶσθε καὶ παρασκευάζεσθε. Ἦν δ᾽ ἀκηκοέναι μὲν καὶ βεβουλεῦσθαι τότε καιρὸς, ὅθ᾽ ὑμεῖς οὐκ ἠθελήσατε· πράττειν δὲ καὶ χρῆσθαι τοῖς παρεσκευασμένοις, νῦν ἡνίκ᾽ ἀκούετε. Τοιγαροῦν ἐκ τῶν τοιούτων ἐθῶν, μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ὑμεῖς τοὐναντίον τοῖς ἄλλοις ποιεῖτε. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα.

Ὃ δὴ λοιπόν ἐστι, καὶ πάλαι μὲν ἔδει, διαφέρει δὲ οὐδὲ νῦν, τοῦτ᾽ ἐρῶ. Οὐδενὸς τῶν πάντων οὕτως ὡς χρημάτων δεῖ τῇ πόλει πρὸς τὰ νῦν ἐπιόντα πράγματα· συμβέβηκε δ᾽ εὐτυχήματα ἀπὸ ταυτομάτου, οἷς ἂν χρησώμεθα ὀρθῶς, ἴσως ἂν γένοιτο τὰ δέοντα. Πρῶτον μὲν γὰρ, οἷς βασιλεὺς πιστεύει, καὶ εὐεργέτας ὑπείληφεν αὑτοῦ, οὗτοι μισοῦσι, καὶ πολεμοῦσι Φιλίππῳ. Ἔπειθ᾽ ὁ πράττων, καὶ συνειδὼς πάνθ᾽ ὅσα Φίλιππος κατὰ βασιλεως παρασκευάζεται, οὗτος ἀνάρπαστος γέγονε· καὶ πάσας τὰς πράξεις βασιλεὺς, οὐχ ἡμῶν κατηγορούντων ἀκούσεται (οὓς

l. 1. ad τὶ sub. ἐπιτήδειον, vel aliud quid.

l. 11. pro διαφέρει codd. K, M, N, Q, R, habent διαφεύγει. In cod. Cc διαφέρει scribitur suprà διαφεύγει. Intelligo διαφέρει δὲ οὐδὲ νῦν, *nihil autem interest etiam nunc fieri*,

quis quid dixerit, ejicitis: postquam autem periisse aliquid aut obsideri intellexistis, tunc demùm auditis et instruimini. Fuisset porrò audiendi tempus et deliberandi tunc quum vos noluistis; at rei gerendæ et utendi apparatu, nunc quum auditis. Itaque his moribus soli mortalium omnium contrà quàm alii solent factitatis. Nam omnes alii homines antè negotia deliberare solent, vos post negotia.

4°. Quod igitur est reliquum, et olìm factum oportuit, sed neque nunc serum est, id dicam. Nihil omnium rerum ad ea quæ instant negotia, reipublicæ perindè est opus ut pecuniis. Ultrò autem felicitas quædam nobis offertur, quâ si rectè utamur, fortassis etiam nunc aliquid utile confici poterit. Primùm enim ii quibus rex Persarum fidem habet, quosque de se benè esse meritos existimat, hi oderunt et bello infestant Philippum. Deindè qui adjutor et conscius fuit omnium Philippi contrà Persarum regem consiliorum, is abreptus est, et omnem rem non nobis accusantibus rex audiet, quos

---

i. e. potest etiam nunc fieri. Reiskius prælulit διαφεύγει, et sic interpretatur, *ne nunc quidem effugit*, i. e. ne nunc quidem fieri negatum, neque serum est.

ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος ἂν ἡγήσαιτο τοῦ ἰδίου λέγειν), ἀλλὰ τοῦ πράξαντος αὐτοῦ καὶ διοικοῦντος. Ὥστ' εἶναι πιστὰς τὰς κατηγορίας, καὶ λοιπὸν λόγον εἶναι τοῖς παρ' ὑμῶν πρέσβεσιν, ὃν βασιλεὺς ἥδιστα ἂν ἀκούσαιτο· ὡς τὸν ἀμφοτέρους ἀδικοῦντα, κοινῇ τιμωρήσασθαι δεῖ, καὶ ὅτι πολὺ τῷ βασιλεῖ φοβερώτερος ἔσθ' ὁ Φίλιππος, ἂν προτέροις ἡμῖν ἐπιθῆται· εἰ γὰρ ἐγκαταλειπόμενοί τι πεισόμεθα ἡμεῖς, ἀδεῶς ἐπ' ἐκεῖνον ἤδη πορεύσεται. Ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων, οἶμαι δεῖν ὑμᾶς πρεσβείαν ἐκπέμπειν, ἥτις τῷ βασιλεῖ διαλέξεται, καὶ τὴν ἀβελτερίαν ἀποθέσθαι δι' ἣν πολλάκις ἠλαττώθητε· Ὁ δὴ βάρβαρος, καὶ κοινὸς ἅπασιν ἐχθρὸς, καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα. Ἐγὼ γὰρ, ὅταν ἴδω τινὰ, τὸν μὲν ἐν Σούσοις καὶ ἐν Ἐκβατάνοις δεδοικότα, καὶ κακόνουν εἶναι τῇ πόλει φάσκοντα, ὃς καὶ πρότερον συνεπηνώρθωσε τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ νῦν ἐπηγγέλλετο (εἰ δὲ μὴ ἐδέχεσθ' ὑμεῖς, ἀλλ' ἀπεψηφίζεσθε, οὐ τά γε ἐκείνου αἴτια), ὑπὲρ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐγγὺς οὑτωσὶ, ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανομένου, λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων, ἄλλο τι λέγοντα· θαυμάζω, καὶ δέ-

---

l. 7. ἔσθ', non ἐστὶ, sed ἔσται.

l. 12. vulg. καὶ δή: dedi ὁ δή cum multis et optimis codicibus.

l. 18. vulg. ἐνεδέχεσθε: prætuli simplex ἐδέχεσθε, quod habent multi et optimi codd.

Digitized by Google

propter privatam utilitatem verba facere putaverit, sed ex eo qui ipse egit et administravit. Quare fides habebitur accusationibus, et ea vestris legatis reliqua erit oratio quâ rex maximè delectabitur; eum qui utrosque læserit, communiter esse ulciscendum; regi Philippum fore multò formidabiliorem, si nos priores invaserit; si quid enim nobis derelictis acciderit, istum securè in ipsum esse impetum facturum. Propter hæc igitur omnia, censeo mittendos esse legatos qui cum rege colloquantur, et simplicitatem istam esse deponendam quæ vobis sæpè detrimento fuit: Enimverò Barbarus est et communis omnium hostis, et cetera ejus generis omnia. Ego enim quum video esse quosdam qui eum qui Susis et Ecbatanis degit metuant, et reipublicæ malè velle dicant; qui priùs etiam ad rempublicam nostram erigendam adjutor fuit, et nuper pollicebatur (quòd si vos non accepistis, sed decreto repudiastis, per illum certè non stetit), de eo autem qui in foribus adeò propè, in mediâ Græciâ crescit, prædone Græcorum, aliquid dicat aliud, demiror, eum-

Ibid. vulg. ἀπεψηφίσασθε : prætuli ἀπεψηφίζεσθε acceptum ex codd. K, M, Q, R et Cc.

δοικα τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ ποτ', ἔγω γ', ἐπειδὴ οὐχ οὗτος Φίλιππον.

Ἐστὶ τοίνυν τί πρᾶγμα καὶ ἄλλο ὃ λυμαίνεται τὴν πόλιν, ὑπὸ βλασφημίας ἀδίκου καὶ λόγων οὐ προσηκόντων διαβεβλημένον, εἶτα τοῖς μηδὲν τῶν δικαίων ἐν τῇ πόλει βουλομένοις ποιεῖν, πρόφασιν παρέχει· καὶ πάντων, ὅσα ἐκλείπει, δέον παρὰ τοῦτο γίγνεσθαι, ἐπὶ τοῦθ' εὑρήσετε τὴν αἰτίαν ἀναφερομένην. Περὶ οὗ πάνυ μὲν φοβοῦμαι λέγειν, οὐ μὴν ἀλλ' ἐρῶ. Οἶμαι γὰρ ἕξειν καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπόρων τὰ δίκαια, ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῆς πόλεως, εἰπεῖν πρὸς τοὺς εὐπόρους, καὶ ὑπὲρ τῶν κεκτημένων τὰς οὐσίας πρὸς τοὺς ἐπιδεεῖς· εἰ ἀνέλοιμεν ἐκ μέσου τὰς βλασφημίας, ἃς ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ποιοῦνταί τινες οὐχὶ δικαίως, καὶ τὸν φόβον ὡς οὐ στήσεται τοῦτο ἄνευ μεγάλου τινὸς κακοῦ· οὗ οὐδὲν ἂν εἰς τὰ πράγματα μεῖζον εἰσενεγκαίμεθα, οὐδ' ὅ, τι κοινῇ μᾶλλον ἂν ὅλην ἐπιῤῥώσειε τὴν πόλιν. Οὑτωσὶ δὲ σκοπεῖτε.

Ἐρῶ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν χρείᾳ δοκούντων εἶναι πρότερον. Ἦν ποτ' οὐ πάλαι παρ' ἡμῖν ὅτ' οὐ προσῄει

l. 7 et 8. vulg. παρά του τοῦτο : dedi παρὰ τοῦτο sine τοῦ. Δέον παρὰ τοῦτο γίγνεσθαι, *quum oporteret propter hoc fieri*, nempè, publicam rem, publicam utilitatem. Legunt παρὰ τοῦτο sine τοῦ codd. D, L, P, Q, U, V, X, Y, Cc, Ee; ceteri dant παρά του sine τοῦτο : nescio igitur undè Volfius, Ald.,

que metuo, quisquis ille sit, qui ipse Philippum non metuat.

5°. Est et alia res quæ reipublicæ nocet, injustâ maledicentiâ verbisque non convenientibus adducta in invidiam, deindè iis occasionem suppeditat qui nihil æqui agere volunt in republicâ; ac omnium quæ desunt in eam rem crimen transferri reperietis, quum ob hanc ipsam ea fieri oporteat. De quâ omninò dicere vereor, sed dicam tamen. Arbitror enim habiturum me quod ad reipublicæ utilitatem justum eloquar, et pro pauperibus contrà divites, et pro locupletibus contrà egenos: nempè si sustulerimus è medio convicia quæ propter theatralem pecuniam nonnulli iniquè dicunt, et timorem illum non sine magno malo posse hoc consistere; quo tamen nihil majus ad res gerendas, nihil quod civitatem totam magis corroboret, conferre possumus. Sic igitur considerate.

Dicam autem priore loco de iis qui inopiâ premuntur. Non ità pridem vectigalia nostræ

Fel. et ed. Par. acceperint pravam lectionem παρά του τοῦτο quod solus cod. D proponit ad marginem.

l. 16. οὗ refertur ad τοῦτο quod præcessit.

l. 20 et 21. vulg. προτέρων: dedi πρότερον ex autoritate multorum et optimorum codicum.

τῇ πόλει τάλαντα ὑπὲρ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν τριηραρχεῖν δυναμένων οὐδὲ τῶν εἰσφέρειν, ὅστις οὐκ ἠξίου τὰ καθήκοντα ἐφ᾽ ἑαυτὸν ποιεῖν, ὅτι χρήματα οὐ περιῆν· ἀλλὰ καὶ τριήρεις ἔπλεον, καὶ χρήματα ἐγίγνετο, καὶ πάντα ἐποιοῦμεν τὰ δέοντα. Μετὰ ταῦτα ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά· καὶ τετρακόσια ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων, προσέρχεται, οὐδενὸς οὐδὲν ζημιουμένου τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων, ἀλλ᾽ ἑκάστου προσλαμβάνοντος. Οἱ γὰρ εὔποροι πάντες ἔρχονται μεθέξοντες τούτου· καὶ καλῶς ποιοῦσι. Τί οὖν μαθόντες, τοῦτο ὀνειδίζομεν ἀλλήλοις, καὶ προφάσει χρώμεθα τοῦ μηδὲν τῶν δεόντων ποιεῖν; πλὴν εἰ μὴ τῇ παρὰ τῆς τύχης βοηθείᾳ γεγονυίᾳ τοῖς ἀπόροις φθονοῦμεν· οὓς οὔτ᾽ ἂν αἰτιασαίμην ἔγω γε, οὔτ᾽

---

l. 2. vulg. οὐδεὶς ἐστι, legi οὐδεὶς ἦν, sicuti legunt codd. M, Q, U, Cc, Dd, Ee et Fel.

l. 3. Sic Harpocratio ad vocem καθήκοντα. Δημοσθένης ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν φησιν· ὅστις οὐκ ἠξίου τὰ καθήκοντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ποιεῖν, ἀντὶ τοῦ τὰ ἥκοντα ἐφ᾽ ἑαυτόν. Quibus verbis innuere videtur pro ἀφ᾽ ἑαυτοῦ legendum esse ἐφ᾽ ἑαυτόν. Hanc ego lectionem in textum admittere non dubitavi quam confirmat cod. K in quo legitur ἐφ᾽ ἑαυτόν. Cod. R habet ἐπ᾽ αὐτὸν, ità et cod. Cc; at idem ad marg. dat ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. Cod. M scribit ἀφ᾽ ἑαυτοῦ suprà ἐφ᾽ ἑαυτῶν. Cod. Q ἐπ᾽ αὐτὸν et suprà ἀφ᾽ ἑαυτοῦ.

l. 9 et 10. vulg. ἀλλὰ καὶ προσλαμβανόντων. Codd, K, M,

civitatis triginta et centum talenta non superabant; et nemo erat ex iis qui triremi præesse aut pecunias conferre poterat, qui pro virili parte ea sibi facienda quæ conveniunt ideò non putaret quòd pecuniæ non superessent; sed et triremes instructæ ibant, et pecunia in promptu erat, et ea omnia quæ par est fieri peragebamus. Poſt hæc, fortunæ benignitas proventus publicos amplificavit, ità ut pro talentis centum illis redeant quadringenta, sine ullo divitum detrimento, sed cum eorum emolumento potiùs. Divites quippè omnes veniunt in partem harum pecuniarum; et rectè faciunt. Quî fit igitur ut id aliis alii exprobremus, et hoc prætextu utamur ne eorum quidquam faciamus quæ decent? nisi fortè auxilium pauperibus à fortunâ oblatum invideamus: quos nec ipse reprehendo,

---

Q, R, legunt προσλαμβάνοντος, quod habet etiam cod. Y, sed correctum ex posteriore manu: cod. Cc etiam προσλαμβάνοντος, sed suprà scribitur προσλαμβανόντων. Reiskius ad προσλαμβανόντων velit adjici πάντων quod sensus postulat. Ego accepi προσλαμβάνοντος, et emendavi ex meo ἀλλ' ἑκάστου.

l. 11. potest servari τούτου, scilicet τοῦ περιόντος ἀργυρίου: sed malim τούτων.

l. 11 et 12. vulg. παθόντες: prætuli μαθόντες, quod dant plerique quos mihi adire licuit codices.

l. 13 et seq. vulg. πλὴν εἰ τῆς τύχης. Admisi lectionem in

ἄλλον ἀξιῶ. Οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ὁρῶ τὸν ἐν ἡλικίᾳ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους οὕτω διακείμενον· οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα, οὐδ' ἄτοπον, τῶν ὄντων οὐδένα, ὥστε, εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες ὅσ' ἂν αὐτὸς, οὐ φάσκοντα ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν· καὶ γὰρ ἂν τοῖς τῆς κακώσεως εἴη νόμοις οὕτω γε ἔνοχος. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, τοῖς γονεῦσι τὸν ὡρισμένον ἐξ ἀμφοτέρων ἔρανον, καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τοῦ νόμου, δικαίως φέρειν, καὶ ἑκόντα ὑποτελεῖν. Ὥσπερ τοίνυν ἑνὸς ἡμῶν ἑκάστου εἷς ἐστι γονεὺς, οὕτω συμπάσης τῆς πόλεως κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς σύμπαντας ἡγεῖσθαι· καὶ προσήκει τούτους, οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφέλεσθαι τὶ, ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων, ἄλλοθεν σκοπεῖν ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδεεῖς περιοφθήσονται. Τοὺς μὲν τοίνυν εὐπόρους ταύτῃ χρωμένους τῇ γνώμῃ, οὐ μόνον ἡγοῦμαι τὰ δίκαια ποιεῖν ἂν, ἀλλὰ καὶ τὰ λυσιτελῆ. Τὸ γὰρ

---

quam universi ferè libri consentiunt. Ceterùm ad τῇ βοηθείᾳ γεγονυίᾳ subaudi ἐπὶ, vel lege τὴν βοηθείαν γεγονυίαν, vel τῆς βοηθείας γεγονυίας, dicitur enim φθονῶ σοι τοῦτο, vel φθονῶ σοι τούτου, vel φθονῶ σοι ἐπὶ τούτῳ.

l. 3. οὐδ' ἄτοπον, τῶν ὄντων οὐδένα. Hic aliquandiù dubitavi utrùm acciperem lectionem aldinam et parisinam ἀτοπώτατον ὄντα οὐδένα, quam confirmant permulti et optimi codices. Fel. legit ἄτοπον ὄντα οὐδένα.

l. 5. φάσκοντα accipe quasi φάσκειν, quod velint viri doctiores.

l. 6. vulgata habet οὗτος τότε : quod ego correxi οὕτω γε juxtà

Digitized by Google

nec censeo reprehendendos. Nam neque in privatis familiis adolescentem ergà seniores ità affectum esse video, neque adeò vecordem aut ineptum quemquam omnium, ut, nisi omnes ea agant quæ ipse agit, se quoque neget acturum esse quidquam : is quippè tunc legibus malæ tractationis parentum teneretur. Decere enim censeo constitutam ab utrâque stipem et à naturâ et à lege justè reddi et ultrò pendi. Sicut igitur uniuscujusque nostrûm parens est aliquis; sic universæ civitatis communes parentes, omnes cives sunt existimandi : atque adeò non eripiendum eis quidquam est quod respublica largitur, ut, si non existerent hæ pecuniæ, eis aliundè prospiciendum esset ne quâ re egerent. Quòd si locupletes his sint animis, eos non modò æqua facturos arbitror, sed utilia quoque. Nam rebus

---

codices K, M, Q et R.

l. 10. vulg. τίς : prætuli εἷς ex autoritate codicum Cc, Dd, Ee : vox εἷς scitè opponitur voci τοὺς σύμπαντας.

l. 11 et 12. pro τοὺς σύμπαντας arbitrabar primò admittendam esse Reiskii emendationem τοὺς πένητας tanquam veram et genuinam lectionem, et eo sensu gallicè interpretatus sum; sed re paulò attentiùs inspectâ, tandem mihi visum fuit retinendum esse τοὺς σύμπαντας, siquidem hæ voces probum sensum efficiunt, quum vulgo pauperes maximam civitatum partem efficiant ac proindè οἱ σύμπαντες ad ipsos maximè pertineat.

Digitized by Google

τῶν ἀναγκαίων τινὰς ἀποστερεῖν, κοινῇ κακόνους ἐστὶ ποιεῖν πολλοὺς ἀνθρώπους τοῖς πράγμασι.

Τοῖς δ' ἐν ἐνδείᾳ, δι' ὃ δυσχεραίνουσι τὸ πρᾶγμα οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες, καὶ κατηγοροῦσι δικαίως, τοῦτ' ἀφελεῖν ἂν συμβουλεύσαιμι. Δίειμι δὲ ὥσπερ ἄρτι τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ὑπὲρ τῶν εὐπόρων οὐ κατοκνήσας εἰπεῖν τἀληθῆ. Ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἄθλιος οὐδ' ὠμὸς εἶναι δοκεῖ τὴν γνώμην, οὔκουν Ἀθηναίων γε, οἶμαι, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων, ὥστε λυπεῖσθαι ταῦτα λαμβάνοντας ὁρῶν τοὺς ἀπόρους καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ὄντας. Ἀλλὰ ποῦ συντρίβεται τὸ πρᾶγμα, καὶ ποῦ δυσχεραίνεται; ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἔθος, ἐπὶ τὰ ἴδια μεταβιβάζοντας ὁρῶσί τινας· καὶ μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν λέγοντα, ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας, ἑτέραν δὲ τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου. Ταῦτ' ἀπιστίαν, ταῦτ' ὀργὴν ἔχει. Δεῖ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δικαίως ἀλλήλοις τῆς πολιτείας κοινωνεῖν· τοὺς μὲν εὐπόρους, εἰς μὲν τὸν βίον τὰ ἑαυτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν νομίζοντας, καὶ περὶ τούτων μὴ δεδοικότας, εἰς δὲ τοὺς κινδύνους κοινὰ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τὰ ὄντα τῇ πατρίδι παρέχοντας· τοὺς δὲ λοιποὺς, τὰ μὲν κοινὰ κοινὰ νομίζοντας, καὶ με-

l. 19. de meo τὸν ἑαυτῶν in vulg. emendavi τὰ ἑαυτῶν. Cod. Ee habet τῶν ἑαυτῶν. Ἀλλήλοις quod præcessit sumitur adverbialiter, *mutuò*, *invicem*.

Digitized by Google

necessariis fraudare aliquos, id efficere est ut reipublicæ multi malè velint.

Inopibus autem suaserim, ut quà de re indignantur locupletes, et haud immeritò queruntur, eam removeant. Hic utique eodem modo quo mox progrediar, et pro divitum defensione vera dicere non dubitabo. Mihi enim nullus ità inhumanus, animo ità crudeli videtur esse, nedùm Atheniensium, sed nec ceterorum, ut pauperes et rerum necessariarum egenos, ista accipere quum videt, ægrè ferat. Sed in quo res impugnatur et indignationem ciet? Nempè quum vident quosdam institutum illud à publico transferre ad privatum, et magnum esse statìm apud vos ejus sententiæ autorem, et ratione securitatis immortalem, atque aliud esse occultum suffragium à tumultu manifesto. Hæc diffidentiam, hæc iracundiam movent. Est enim, Athenienses, ex æquo et bono colenda reipublicæ societas: ità ut divites fortunas suas ad victum in tuto collocatas esse arbitrentur, et de iis non sint solliciti, easdem verò in periculis pro patriæ salute in commune conferant; reliqui autem ut communia habeant pro communibus, earumque partem accipiant congruam,

τέχοντας τὸ μέρος, τὰ δὲ ἑκάστου ἴδια τοῦ κεκτημένου. Οὕτω καὶ μικρὰ πόλις μεγάλη γίγνεται, καὶ μεγάλη σώζεται. Ὡς μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἃ παρ' ἑκατέρων εἶναι δεῖ, ταῦτ' ἴσως ἐστίν· ὡς δὲ πάντα γένοιτ' ἂν ἐννόμως, διορθώσασθαι δεῖ καὶ ἄλλα. Τῶν δὲ παρόντων πραγμάτων καὶ τῆς ταραχῆς, πολλὰ πόῤῥωθέν ἐστι τὰ αἴτια, ἃ εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστὶν, ἐθέλω λέγειν.

Ἐξέστητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς ὑποθέσεως, ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον· καὶ τὸ μὲν προΐστασθαι τῶν Ἑλλήνων, καὶ δύναμιν συνεστηκυῖαν ἔχοντας πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν, περίεργον ἐπείσθητε εἶναι καὶ μάταιον ἀνάλωμα ὑπὸ τῶν ταῦτα πολιτευομένων· τὸ δ' ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν, καὶ μηδὲν τῶν δεόντων πράττειν, ἀλλὰ προϊεμένους καθ' ἓν ἕκαστον, πάντα ἑτέρους ἐᾶσαι λαβεῖν, θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν ἔχειν οἴεσθε. Ἐκ δὲ τούτων παρελθὼν ἐπὶ τὴν τάξιν ἐφ' ἧς ὑμῖν τετάχθαι προσῆκεν, ἕτερος, οὗτος εὐδαίμων, καὶ μέγας, καὶ πολλῶν κύριος γέγονεν· εἰκότως. Πρᾶγμα γὰρ ἔντιμον, καὶ μέγα, καὶ λαμπρὸν, καὶ περὶ οὗ πάντα τὸν χρόνον αἱ μέγισται τῶν πόλεων πρὸς αὐτὰς διεφέροντο, Λακεδαιμο-

---

l. 4 et 5. vulg. ὡς δὲ καὶ γένοιτ' ἂν ἐννόμως, διορθώσασθαι δεῖ: quod quum nullum sensum exhibeat, ea supplevi quæ

privata verò tanquam quæ sint propria possessoris. Sic parva civitas magna fit, et magna conservatur. Quæ igitur ab utrisque præstanda esse dixerit, hæc ferè sunt. Ut porrò omnia ritè fierent, alia etiam essent emendanda. Sunt autem horum negotiorum et perturbationis hujus multæ jam olìm collectæ causæ, quas, si vobis audire lubet, narrabo.

6°. Emoti estis, Athenienses, ex eo fundamento, in quo vos majores vestri collocârunt: ac præesse Græcis, et instructis legionibus, omnes injuriâ affectos adjuvare, supervacanei et inanis esse sumptûs, vobis persuasum ab istis est qui istam administrandi methodum sequuntur; otium autem agere, et nihil eorum facere quæ conveniunt, sed singulatìm omnia projicere, et sinere ut alii ea intercipiant, felicitatis admirandæ et multæ securitatis esse arbitramini. Hinc alius eum locum occupans quem vos tenere oportebat, felix et magnus et multorum dominus evasit; idque meritò. Rem enim magnam et honorificam et splendidam de quâ omni tempore maximæ civitates inter se contenderunt, ille, Lacedæmoniis clade afflictis,

---

mihi deesse visa sunt. Pro ἐννόμως cod. R dat ἐν νόμῳ.

νίων μὲν ἠτυχηκότων, Θηβαίων δὲ ἀσχόλων διὰ τὸν φωκικὸν πόλεμον γενομένων, ἡμῶν δὲ ἀμελούντων, ἔρημον ἀνείλετο. Τοιγάρτοι, τὸ μὲν φοβεῖσθαι, τοῖς ἄλλοις, τὸ δὲ συμμάχους πολλοὺς, καὶ δύναμιν μεγάλην ἔχειν, ἐκείνῳ περιγέγονε· καὶ τοσαῦτα πράγματα καὶ τοιαῦτα ἤδη περιέστηκε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, ὥστε μηδ' ὅ, τι χρὴ συμβουλεύειν εὔπορον εἶναι. Ὄντων δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν παρόντων πραγμάτων πᾶσιν, ὡς ἐγὼ κρίνω, φοβερῶν, οὐδένες ἐν μείζονι κινδύνῳ τῶν πάντων εἰσὶν ὑμῶν, οὐ μόνον τῷ μάλιστα ὑμῖν ἐπιβουλεύειν Φίλιππον, ἀλλὰ καὶ τῷ πάντων ἀργότατα αὐτοὶ διακεῖσθαι. Εἰ τοίνυν τὸ τῶν ὠνίων πλῆθος ὁρῶντες, καὶ τὴν εὐετηρίαν τὴν κατὰ τὴν ἀγορὰν, τούτοις κεκήλησθε, ὡς ἐν οὐδενὶ δεινῷ τῆς πόλεως οὔσης, οὔτε προσηκόντως, οὔτ' ὀρθῶς τὸ πρᾶγμα κρίνετε. Ἀγορὰν μὲν γὰρ ἄν τις καὶ πανήγυριν ἐκ τούτων ἢ φαύλως ἢ καλῶς παρεσκευάσθαι κρίνοι· πόλιν δ' ἣν ὑπείληφεν ὃς ἂν τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν ἀεὶ βούληται, μόνην ἂν ἐναντιωθῆναι, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας προστῆναι, οὐ, μὰ Δί', ἐκ τῶν ὠνίων, εἰ καλῶς ἔχει, δοκιμάζειν δεῖ, ἀλλ' εἰ συμμάχων εὐνοίᾳ πιστεύει, καὶ τοῖς ὅπλοις ἰσχύει. Ταῦτ' ὑπὲρ πόλεως δεῖ σκο-

l. 20. ad ἐναντιωθῆναι sub. ἑαυτῷ.

l. 23. vulg. ὑπὲρ τῆς πόλεως: recidi τῆς monente Reiskio, et ità legentibus codd. Q, R, Cc, quia hic non de civitate

Digitized by Google

Thebanis Phocensi bello occupatis, vobisque negligentibus, usurpavit desertam. Itaque formido ad alios, multitudo sociorum et magnitudo potentiæ ad illum devenit; tantisque et talibus negotiis Græci jam circumventi sunt universi, ut non sit in promptu quid consuli debeat. Quanquam autem, Athenienses, hæ res, ut ego judico, omnibus sunt formidolosæ, nulli tamen omnium in majori sunt periculo quàm vos, non eò tantùm quòd vobis Philippus potissimùm insidietur, sed ob illud etiam quòd omnium sitis ignavissimi. Quòd si rerum venalium copiam et annonæ in foro ubertatem intuentes, iis estis deliniti, tanquam extrà omne periculum sit respublica, neque convenienter neque rectè rem judicatis. Forum enim et celebritas utrùm malè vel benè instructa sint, ex his rebus æstimari queat: civitatem verò quam existimat quisquis omni tempore vult imperare Græcis, solam obstituram esse ipsi, et libertatis omnium defendendæ principem futuram, non, per Jovem, ex rerum venalium copià æstimandum est utrùm benè se habeat, at id videndum utrùm benevolentià sociorum freta sit, et armis valeat. Hæc in civitate consideranda sunt;

---

atheniensi agitur, sed de civitate generatim.

πεῖν· ἃ φαύλως ὑμῖν καὶ οὐ καλῶς ἅπαντ' ἔχει.

Γνοίητε δ' ἂν εἰ σκέψαισθε ἐκείνως· πότε μάλιστα ἐν ταραχῇ τὰ τῶν Ἑλλήνων γέγονε πράγματα; οὐδένα γὰρ χρόνον ἄλλον ἢ τὸν νυνὶ παρόντα οὐδ' ἂν εἷς εἴποι. Τὸν μὲν γὰρ ἄλλον ἅπαντα, εἰς δύο ταῦτα διῄρητο τὰ τῶν Ἑλλήνων, Λακεδαιμονίους καὶ ἡμᾶς· τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων, οἱ μὲν ἡμῖν, οἱ δὲ ἐκείνοις, ὑπήκουον· βασιλεὺς δὲ, καθ' αὑτὸν μὲν ἅπασιν ὁμοίως ἄπιστος ἦν, τοὺς δὲ κρατουμένους τῷ πολέμῳ προσλαμβάνων, ἄχρις οὗ τοῖς ἑτέροις ἐξίσου ποιῆσαι, διεπιστεύετο, ἔπειτ' οὐχ ἧττον αὐτὸν ἐμίσουν οὓς σώσειε τῶν ὑπαρχόντων ἐχθρῶν ἐξ ἀρχῆς. Νῦν δὲ, πρῶτον μὲν βασιλεὺς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν οἰκείως ἔχει, καὶ πάντων ἥκιστα ἡμῖν, ἄν τι μὴ νῦν ἐπανορθωσώμεθα. Ἔπειτα προστασίαι πολλαὶ καὶ πανταχόθεν γίγνονται, καὶ τοῦ πρωτεύειν μὲν ἀντιποιοῦνται ἅπαντες, ἀφεστᾶσι δ' ἔνιοι, καὶ φθονοῦσι καὶ ἀπιστοῦσιν ἑαυτοῖς, οὐχ ὡς ἔδει, καὶ γεγόνασι καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι, Ἀργεῖοι, Θηβαῖοι, Κορίνθιοι, Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδες, ἡμεῖς. Ἀλλ' ὅμως εἰς τοσαῦτα μέρη καὶ τοσαύτας δυναστείας διῃρημένων τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων (εἰ δεῖ τἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν), τὰ παρ' οὐδέσι τούτων ἀρ-

l. 13. vulg. ὁ βασιλεύς: detraxi articulum ὁ, quod non habent codd. Q, R et Cc.

l. 23. vulg. οὐδενί: prætuli οὐδέσι ex codicibus K, M, R, Cc,

quæ malè apud vos et non pulchrè universa se habent.

Idque ità intelligetis, si cogitabitis quandò perturbatissimus fuerit Græciæ status. Nullum certè tempus fuisse hoc perturbatius quisquam dicet. Omni enim superiori ætate, in has duas factiones divisi fuerunt Græci, Lacedæmonios et nos; ceteri autem Græci, partìm nobis, partìm illis obediebant; rex verò Persarum per se quidem omnibus æquè suspectus erat, sed bello victis sibi adjungendis, tantisper fidem inveniebat dùm horum opes alteris æquasset, post iis quos conservàrat non minùs erat invisus quàm veteribus inimicis. At nunc rex Persarum omnibus Græcis est benevolus, et nobis minimè omnium, nisi quid nunc emendaverimus. Deindè multi principatus et undequaque existunt; atque ut primatum omnes sibi vindicant, ità desciscunt nonnulli, et sibi mutuò invident diffiduntque secùs quàm oportebat, ac divulsi sunt singuli, Argivi, Thebani, Corinthii, Lacedæmonii, Arcades, nos. Sed tamen, quum in tot partes et tot principatus res Græcorum sint diremptæ, apud horum nullum, si verum liberè dicendum est,

---

Dd, Ee. Cod. Q dat in textu οὐδέσι et proponit ad marg. οὐδένι.

χεῖα καὶ βουλευτήρια, ἐρημότερα ἄν τις ἴδοι τῶν ἑλληνικῶν πραγμάτων ἢ τὰ παρ' ὑμῖν· εἰκότως. Οὔτε γὰρ φιλῶν, οὔτε πιστεύων, οὔτε φοβούμενος, οὐδεὶς ὑμῖν διαλέγεται. Αἴτιον δὲ τούτων, οὐχ ἕν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (ῥᾴδιον γὰρ ἂν ἦν ἡμῖν μεταθεῖναι), ἀλλὰ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἐκ παντὸς ἡμαρτημένα τοῦ χρόνου. Ὧν τὸ καθέκαστον ἐάσας, ἓν εἰς ὃ πάντα γε συντείνει λέξω, δεηθεὶς ὑμῶν, ἂν λέγω τἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας, μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι.

Ἐκπέπραται τὰ συμφέροντα ἐφ' ἑκάστου τῶν καιρῶν, καὶ μετειλήφατε ὑμεῖς μὲν τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἡσυχίαν· ὑφ' ὧν κεκηλημένοι, τοῖς ἀδικοῦσιν οὐ πικρῶς ἔχετε· ἕτεροι δὲ τὰς τιμὰς ἔχουσι.

Καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἄξιον ἐξετάσαι νῦν· ἀλλ' ἐπειδάν τι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐμπέσῃ, εὐθὺς ἀναστάς τις λέγει ὡς οὐ δεῖ ληρεῖν, οὐδὲ γράφειν πόλεμον, παραθεὶς εὐθέως ἑξῆς, τὸ τὴν εἰρήνην ἄγειν ὡς ἀγαθὸν, καὶ τὸ τρέφειν δύναμιν μεγάλην ὡς χαλεπόν· καὶ, Διαρπάζειν τινὲς τὰ χρήματα βούλονται· καὶ ἄλλους λόγους, ὡς οἴονται, ἀληθεστάτους λέγουσιν.

Ἀλλὰ δεῖ δήπου, τὴν μὲν εἰρήνην ἄγειν, οὐχ

l. 15. vulg. καὶ τὰ μὲν περὶ τἄλλα, malè: emendavi καὶ τὰ μὲν ἄλλα, juxtà codd. L, M, Q, R, Cc, Dd, Ee.

l. 21. ὡς οἴονται, nempè οἱ φιλιππίζοντες τῶν λεγόντων.

bouleuteria et prætoria magis deserta videas à Græcorum negotiis quàm apud vos; atque haud immeritò. Vobiscum enim, neque ob amorem, neque ob fidem, neque ob timorem, quisquam colloquitur. Causa porrò harum rerum non est una, ô Athenienses (nam tunc facilis esset nostra emendatio), sed multa et varia à multo tempore delicta commissa sunt. Quorum singulis omissis, unum quò tendunt omnia nunc dicam, à vobis precatus, si vera liberè dixero, ne mihi succenseatis.

7°. Quæcumque fuerunt rei gerendæ occasiones, à proditoribus sunt venditæ: et otium quidem vos et tranquillitatem sortiti estis, quibus deliniti, non irascimini graviter in vos delinquentibus, alii autem honores abstulerunt.

Ac cetera scilicet exquirere nunc non est operæ prætium; sed ubi aliqua Philippi mentio inciderit confestìm surgens aliquis dicit non esse nugandum, nec bellum decreto suadendum, continuò statìm adjiciens quàm optabile sit pace frui, et magnum exercitum alere quàm molestum; ac præterea, Diripere quidam pecunias publicas volunt; similesque alios tenent sermones, ut opinantur, verissimos.

Verùm ut agatis pacem non necesse est vobis

ὑμᾶς πείθειν, οἵ γε πεπεισμένοι κάθησθε, ἀλλὰ τὸν τὰ τοῦ πολέμου πράττοντα· ἂν γὰρ ἐκεῖνος πεισθῇ, τά γε ἀφ' ὑμῶν ὑπάρχει. Νομίζειν δὲ δεῖ χαλεπὰ οὐκ ὅσα ἂν εἰς σωτηρίαν δαπανῶμεν, ἀλλ' ἃ πεισόμεθα ἂν ταῦτα μὴ ἐθέλωμεν ποιεῖν· καὶ τὸ διαρπασθήσεσθαι τὰ χρήματα, τῷ φυλακὴν εὑρεῖν δι' ἧς σωθήσεται, κωλύειν, οὐχὶ τῷ τοῦ συμφέροντος ἀφεστάναι. Καίτοι ἔγω γε ἀγανακτῶ καὶ αὐτὸ τοῦτο, εἰ τὰ μὲν χρήματα λυπεῖ τινὰς ὑμῶν εἰ διαρπασθήσεται· ἃ καὶ φυλάττειν, καὶ κολάζειν τοὺς ἁρπάζοντας, ἐφ' ὑμῖν ἐστι· τὴν δὲ Ἑλλάδα ἅπασαν ἐφεξῆς οὑτωσὶ Φίλιππος ἁρπάζων οὐ λυπεῖ, καὶ ταῦτα ἐφ' ὑμᾶς ἁρπάζων.

Τί ποτ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μὲν οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντα, καὶ πόλεις καταλαμβάνοντα, οὐδεὶς πώποτε τοῦτον εἶπεν ὡς ἀδικεῖ καὶ πόλεμον ποιεῖ· τοὺς δὲ μὴ ἐπιτρέπειν, μηδὲ προΐεσθαι ταῦτα συμβουλεύοντας, τούτους πόλεμον ποιεῖν φασίν; ὅτι τὴν αἰτίαν τῶν ἐκ τοῦ πολέμου συμβησομένων δυσχερῶν (ἀνάγκη γάρ, ἀνάγκη πολλὰ λυπηρὰ ἐκ τοῦ πολέμου γίγνεσθαι) τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιστα λέγειν εἰθισμένοις, ἀναθεῖναι βούλονται. Ἡγοῦνται γάρ, ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης

l. 22. antè ἀναθεῖναι vulg. habebat ἅπαντες, quod delevi, rectè omissum in codd. K, M, R, Cc, Dd et Ee. Cod. Q addit ex posteriore manu. Legitur apud L ἅπαντ' ἀναθεῖναι.

suadere, qui desidentes id jam habetis persuasum, sed hoc illi suadendum qui hostilia perpetrat. Cui si persuasum fuerit, in vobis nulla est mora. Jam molesta ducenda sunt non quæ tuendæ salutis gratià insumpserimus, sed ea quæ patiemur, si hæc facere noluerimus. Direptio porrò pecuniarum diligenti harum conservatione prohibenda est, non ignavà utilitatis abjectione. Equidem, Athenienses, hoc ipsum fero iniquissimė si pecuniarum direptio (quas ut tueri, sic peculatores punire, vobis licet) nonnullis vestrûm est molesta; Philippus autem qui totam Græciam uno tenore diripit, et vestro malo diripit, non est molestus.

Quæ igitur causa tandem est, Athenienses, quum Philippus ità manifestė per injuriam grassetur et urbes occupet, cur nemo unquam dixerit istum injustė agere et bellum concitare, sed belli concitati crimen eis impingant qui hæc neque permittenda neque abjicienda esse suadent? Nempė omnes volunt causam futurarum ė bello molestiarum (necesse enim, necesse est multas oriri ė bello molestias) in eos conferre qui utilissima vobis loqui solent. Arbitrantur enim, si vos concorditer unoque animo Phi-

Φίλιππον ἀμύνησθε, κἀκείνου κρατήσειν ὑμᾶς, καὶ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔσεσθαι μισθαρνεῖν· ἂν δ' ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων αἰτιασάμενοί τινας, πρὸς τὸ κρίνειν τράπησθε, αὐτοὶ μὲν τούτων κατηγοροῦντες ἀμφότερα ἕξειν, καὶ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμήσειν, καὶ παρ' ἐκείνου χρήματα λήψεσθαι· ὑμᾶς δ' ὑπὲρ ὧν δεῖ παρὰ τούτων δίκην λαβεῖν, παρὰ τῶν ὑπὲρ ὑμῶν εἰρηκότων λήψεσθαι. Αἱ μὲν οὖν ἐλπίδες αἱ τούτων αὗται, καὶ τὸ κατασκεύασμα τὸ τῶν αἰτιῶν, ὡς ἄρα βούλονταί τινες πόλεμον ποιῆσαι. Ἐγὼ δ' εὖ οἶδα ὅτι, οὐ γράψαντος Ἀθηναίων οὐδενὸς πόλεμον, καὶ ἄλλα πολλὰ Φίλιππος ἔχει τῶν τῆς πόλεως, καὶ νῦν εἰς Καρδίαν πέπομφε τὴν βοήθειαν. Εἰ μέντοι βουλόμεθ' ἡμεῖς μὴ προσποιεῖσθαι πολεμεῖν ἡμῖν ἐκεῖνον, ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴη εἰ τοῦτ' ἐξελέγχοι. Ὅταν γὰρ οἱ ἀδικούμενοι ἀρνῶνται, τί τῷ ἀδικοῦντι προσήκει; Ἀλλ' ἐπειδὰν ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἴῃ, τί φήσομεν τότε; ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ πολεμεῖν, ὥσπερ

---

l. 2. οὐκ ἔσεσθαι : legi οὐκέτ' ἔσεσθαι. Codd. K, Q, R, Cc, habent οὐκέτι.

l. 10. vulg. εὖ οἶδα καὶ ἀκριβῶς : ejeci καὶ ἀκριβῶς, quas voces non habent Q, R, Dd, Ee. Cod. K legit ἀκριβῶς sine εὖ et καί. Universi libri omittunt καὶ, quod de suo Volfius adjecit.

l. 11. post πόλεμον vulg. habet ποιῆσαι, quam vocem delevi, utpote quæ absit ab omnibus quos mihi inspicere licuit

Digitized by Google

lippum ulciscamini, et illum superatum iri à vobis, et se à quo mercedem accipiant non habituros: sin à primis tumultibus irati nonnullis ad exercenda judicia convertamini, tùm se iis accusandis utrumque consecuturos, et à vobis gratiam et ab illo largitionem, tùm vos ob ea propter quæ ipsi mulctandi essent, pœnas de vestris defensoribus sumpturos. Ac spes quidem istorum hæ sunt, et hinc illud est ut dicant velle aliquos bellum concitare. At ego optimè novi Philippum, quum nullus Atheniensis bellum suasisset, cùm multa alia quæ nostræ civitatis fuerunt occupasse, tùm nunc auxilia misisse Cardianis. Si nos igitur profiteri noluerimus ab eo nos bello peti, omnium mortalium stolidissimus foret, si ipse id vellet coarguere. Nam si injuriam accipientes se accipere negant, quid inferenti est faciendum? Sed quum nos ipsos invaserit, quid tùm dicemus? ipse enim ad nos dicet se bellum non gerere; quemadmodum

---

codicibus. Plures non habent καὶ ἄλλα.

l. 17. προσήκει, sub. ποιεῖν.

l. 18. οὐ, subaudi φήσει, quod Reiskius velit adjici. Oratio de Chersoneso ubi hæc eadem repetuntur, ità legit, οὐ πολεμεῖν ἡμῖν ἐρεῖ.

οὐδὲ Ὠρείταις, τῶν στρατιωτῶν ὄντων ἐν τῇ χώρᾳ· οὐδὲ Φεραίοις πρότερον, πρὶν ἢ πρὸς τὰ τείχη προσβαλεῖν αὐτόν· οὐδὲ Ὀλυνθίοις ἐξ ἀρχῆς, ἕως ἂν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ τὸ στράτευμα παρῆν ἔχων. Ἤ καὶ τότε τοὺς ἀμύνεσθαι κελεύοντας, πόλεμον ποιεῖν φήσομεν; οὐκοῦν ὑπόλοιπον δουλεύειν; οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἔνι.

Καὶ μὴν, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν ἴσων ἡμῖν τε καί τισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ κίνδυνος. Οὐ γὰρ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος ἡμῶν, οὔ· ἀλλ' ὅλως ἀνελεῖν. Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι δουλεύειν μὲν ὑμεῖς οὔτε ἐθελήσετε, οὔτ' ἂν ἐθέλητε, ἐπιστήσεσθε· ἄρχειν γὰρ εἰώθατε· πράγματα δὲ παρασχεῖν αὐτῷ, ἂν καιρὸν λάβητε, πλείω τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων δυνήσεσθε. Διὰ ταῦτα ὑμῶν οὐχὶ φείσεται, εἴπερ ἐγκρατὴς γενήσεται. Ὡς οὖν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσομένου τοῦ ἀγῶνος ὑμῖν, οὕτω προσήκει γινώσκειν, καὶ τοὺς πεπρακότας αὑτοὺς ἐκείνῳ φανερῶς, μισεῖν καὶ ἀποτυμπανίσαι. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κολάσητε ἐχθρούς· ἀλλ'

---

l. 3. adjeci αὐτὸν assumptum ex codd. M, P, Q et Ee. Addunt αὐτῶν R, Cc et Dd, sed voluerunt αὐτόν. Legitur apud codd. D, K, L, V, X et Y, οὐδὲ Φεραίοις πρότερον πρὸς τὰ τείχη προσβαλών.

et ad Oritas dicebat, quum milites in eorum agro essent; et jam dixerat ad Pheræos, priusquam ipsorum mœnia oppugnaret; idque à principio dicebat ad Olynthios, donec in ipsorum agrum duxisset exercitum. Num tunc quoque bellum eos concitare dicemus qui propulsare vim jubebunt? Ergò superest ut serviamus: nec enim quidquam datur tertium.

8°. Neque verò nos in pari cum mortalium nonnullis periculo sumus. Non enim civitatem nostram subigere vult Philippus, non, sed penitùs exscindere; siquidem satis intelligit vos servire neque velle, neque si velletis posse. Nam consuevistis imperare; atque occasione oblatâ ipsi plus negotii facessere quàm reliqui homines universi poteritis. Quapropter vobis non parcet, si in potestatem suam vos redegerit. Proindè sic statuendum est nobis esse de excidio dimicandum; quique illi se vendiderunt, et odio prosequendi et in cruciatum abripiendi sunt. Non enim fieri, non fieri potest ut externi hostes superentur, nisi priùs domesticos hostes punieritis; sed necesse est ubi in hos,

---

l. 8. addidi τε cum codicibus Q, R, Cc, Dd, Ee.

Digitized by Google

ἀνάγκη τούτοις, ὥσπερ προβόλοις, προσπταίοντας ὑστερίζειν ἐκείνων.

Ἐπεὶ, πόθεν οἴεσθε νῦν αὐτὸν ὑβρίζειν εἰς ὑμᾶς; οὐδὲν γάρ ἔμοι γε ἄλλο δοκεῖ ποιεῖν ἢ τοῦτο· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους εὖ ποιοῦντα, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐξαπατᾷν, ὑμῖν δὲ ἀπειλεῖν ἤδη; οἷον, Θετταλοὺς πολλὰ δοὺς, ὑπηγάγετο εἰς τὴν νῦν παροῦσαν δουλείαν. Οὐδ' ἂν εἰπεῖν δύναιτο οὐδεὶς, ὅσα τοὺς ταλαιπώρους Ὀλυνθίους, πρότερον δοὺς Ποτίδαιαν, ἐξηπάτησε, καὶ πολλὰ ἕτερα. Θηβαίους τὰ νῦν ὑπάγεται, τὴν Βοιωτίαν αὐτοῖς παραδοὺς, καὶ ἀπαλλάξας πολέμου πολλοῦ καὶ χαλεποῦ. Ὥστε καρπωσάμενοί τινα ἕκαστοι τούτων πλεονεξίαν, οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ, τι ἂν ποτε συμβῇ πείσονται. Ὑμεῖς δὲ ὧν μὲν ἀπεστέρησθε, σιωπῶ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, πόσα ἐξηπάτησθε; πόσων ἀπεστέρησθε; οὐχὶ Φωκέας; οὐ Πύλας; οὐχὶ τὰ ἐπὶ Θράκης, Δορίσκον, Σέῤῥιον, τὸν Κερσοβλέπτην αὐτόν; οὐ νῦν Καρδίαν ἔχει καὶ ὁμολογεῖ; Τί ποτ' οὖν ἐκεῖνος τοῖς ἄλλοις καὶ ὑμῖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον προσφέρεται; ὅτι ἐν μόνῃ τῶν πασῶν πόλεων τῇ ἡμετέρᾳ, ἄδεια ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λέγειν δέδοται, καὶ λαβόντα χρήματα αὐτὸν ἀσφαλές

---

l. 1. προβόλοις juxtà Harpocrationem, sunt scopuli incumbentes in mare, et quædam veluti littora.

tanquam in scopulos, impingitis, ut illi vobis antevertant.

Nam cur illum ità contumeliosè vobis insultare nunc putatis (nihil enim aliud mihi videtur facere nisi hoc), et quum alios saltem benefaciendo decipiat, vobis jam minitari? Verbi gratiâ, Thessalos, multis datis muneribus, in hanc servitutem adduxit. Neque dicendo quisquam consequi potest quàm variis artibus miseros Olynthios, datâ priùs Potidæâ, multisque aliis, deceperit. Thebanos etiam nunc allicit ad se, traditâ ipsis Bœotiâ, postquam ipsos magno gravique bello liberavit. Itaque hi omnes, dùm aliquâ fruuntur commoditate, alii jam ea sunt perpessi quæ omnes nôrunt, alii patientur quidquid tandem contigerit. At vos, ut quæ bellum abstulit taceam, in ipsâ pacis conclusione, in quantis decepti, quàm multis spoliati estis! nonne ille Phocenses cepit? nonne Pylas? nonne Thraciæ oppida, Doriscum, Serrium, ipsum Cersobleptem? nonne nunc urbem Cardianorum tenet ac confitetur? Cur porrò non eâdem ratione ergà vos ac ergà alios se gerit? Quia nimirùm in nostrâ solâ civitate, ex ceteris omnibus, causam hostium agere impunè licet; et quum aliquis pecuniam ipse accepit, ipsi tutum

ἐστι λέγειν παρ' ὑμῖν, κἂν ἀφῃρημένοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἦτε. Ὀυκ ἦν ἀσφαλὲς λέγειν ἐν Ὀλύνθῳ τὰ Φιλίππου, μὴ συνευπεπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλυνθίων τῷ Ποτίδαιαν καρποῦσθαι. Ὀυκ ἦν ἀσφαλὲς λέγειν ἐν Θετταλίᾳ τὰ Φιλίππου, μὴ συνευπεπονθότος τοῦ πλήθους τῶν Θετταλῶν, τῷ τοὺς τυράννους ἐκβαλεῖν Φίλιππον, καὶ τὴν Πυλαίαν αὐτοῖς ἀποδοῦναι. Ὀυκ ἦν ἐν Θήβαις ἀσφαλὲς, πρὶν ἢ τὴν Βοιωτίαν ἀπέδωκε, καὶ τοὺς Φωκέας ἀνεῖλεν. Ἀλλ' Ἀθήνησιν, ὀυ μόνον Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Καρδιανῶν χώραν ἀπεστερηκότος Φιλίππου, ἀλλὰ καὶ κατασκευάζοντος ἡμῖν ἐπιτείχισμα τὴν Εὔβοιαν, καὶ νῦν ἐπὶ Βυζάντιον παριόντος, ἀσφαλές ἐστι λέγειν ὑπὲρ Φιλίππου. Καὶ γάρ τοι, τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι, καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον, ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι. Πόλεως γὰρ ἔγω γε πλοῦτον ἡγοῦμαι, συμμάχους, πίστιν, εὔνοιαν, ὧν πάντων ἐστὲ ὑμεῖς ἄποροι. Ἐκ δὲ τοῦ τούτων ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν, καὶ ἐᾶν τοῦτον τὸν τρόπον τὰ πράγματα φέρεσθαι, ὁ μὲν εὐδαίμων καὶ μέγας, καὶ φοβερὸς πᾶσι τοῖς Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις ἐστίν· ὑμεῖς δ' ἔρημοι, καὶ ταπεινοὶ, τῇ μὲν κατὰ τὴν ἀγορὰν εὐετηρίᾳ λαμπροὶ, τῇ δ' ὧν προσῆκε παρασκευῇ καταγέ-

l. 7. transtuli αὐτοῖς, quod in vulg. legebatur post Φίλιππον, legentibus ità codd. Q, R, Cc, Dd et Ee.

Digitized by Google

est dicere apud vos, etiamsi vestris opibus sitis exuti. Non tutum fuisset apud Olynthios causam Philippi agere, nisi et ipse populus Olynthiorum beneficium aliquod, nempè Potidæam accepisset. Non tutum fuisset in Thessaliâ Philippi causam agere, nisi multitudo Thessalorum benè esset affecta, ejectis à Philippo ipsorum tyrannis, pylæâque ipsis restitutâ. Thebis non fuisset tutum pro Philippo loqui, priusquam ille eis reddidisset Bœotiam et Phocenses delevisset. Verùm Athenis, quum non Amphipolim tantùm et agrum Cardianorum nobis eripuerit, sed et Eubœam muniat adversùs nos tanquam propugnaculum, et nunc Byzantium invadat, tutum est dicere pro Philippo. Itaque istorum aliqui ex mendicis repentè divites, ex ignotis et obscuris celebres sunt facti et illustres; vos contrà ex illustribus obscuri, è copiosis inopes facti estis; siquidem opes civitatis in sociis, fide, benevolentiâ positas esse existimo, quarum rerum omnium penuriâ vos laboratis. Quas dùm vos negligitis, et res pessùm ire sinitis, ille beatus factus est, et magnus, et formidandus omnibus Græcis et Barbaris; vos humiles et deserti, rerum venalium copiis splendidi, eorum quæ decent apparatu ridiculi. Non autem eodem modo

λαστοι. Οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον περί τε ὑμῶν καὶ περὶ αὐτῶν ἐνίους τῶν λεγόντων ὁρῶ βουλευομένους. Ὑμᾶς μὲν γὰρ, ἡσυχίαν ἄγειν φασὶ δεῖν, κἄν τις ὑμᾶς ἀδικῇ· αὐτοὶ δ' οὐ δύνανται παρ' ὑμῖν ἡσυχίαν ἄγειν, οὐδενὸς αὐτοὺς ἀδικοῦντος.

Καίτοι, λοιδορίας χωρὶς εἴ τις ἔροιτο· Εἰπέ μοι, τί δὴ γινώσκων ἀκριβῶς, Ἀριστόδημε (οὐδεὶς γὰρ τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖ), τὸν μὲν τῶν ἰδιωτῶν βίον, ἀσφαλῆ, καὶ ἀπράγμονα, καὶ ἀκίνδυνον ὄντα, τὸν δὲ τῶν πολιτευομένων, φιλαίτιον, καὶ σφαλερὸν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγώνων καὶ κακῶν μεστὸν, οὐ τὸν ἡσύχιον καὶ ἀπράγμονα, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς κινδύνοις, αἱρῇ; τί ἂν εἴποις; εἰ γὰρ, ὃ βέλτιστον εἰπεῖν ἂν ἔχοις, τοῦτο σοι συγχωρήσαιμεν ἀληθὲς λέγειν, ὡς ὑπὲρ φιλοτιμίας καὶ δόξης πάντα ταῦτα ποιεῖς, θαυμάζω τί δήποτε σαυτῷ μὲν ὑπὲρ τούτων ἅπαντα ποιητέον εἶναι νομίζεις, καὶ πονητέον, καὶ κινδυνευτέον, τῇ πόλει δὲ προέσθαι ταῦτα διὰ ῥαθυμίαν συμβουλεύεις. Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ' ἂν εἴποις, ὡς σὲ μὲν ἐν τῇ πόλει δεῖ τινα φαίνεσθαι, τὴν πόλιν δ' ἐν τοῖς Ἕλλησι μηδενὸς ἀξίαν εἶναι. Καὶ μὴν, οὐδ' ἐκεῖνό γε ὁρῶ, ὡς τῇ πόλει μὲν ἀσφαλὲς τὸ τὰ αὑτῆς πράττειν, σοὶ δὲ ἐπικίνδυνον εἰ μηδὲν τῶν ἄλλων πλέον περιεργάσῃ· ἀλλὰ τοὐναντίον, σοὶ

---

l. 18. ταῦτα, nempè, φιλοτιμίαν καὶ δόξαν.

vobis et sibimetipsis quosdam oratores consulere video. Vobis enim quiescendum esse dicunt, etiamsi vobis injuria fiat, dùm ipsi apud vos non possunt quiescere, tametsi nemo eis faciat injuriam.

Attamen si quis sine convicio interroget; Dic mihi, quamobrem, quum exploratum habeas, Aristodeme, (nemo enim talia ignorat) ut privatorum hominum vitam esse tutam et otiosam et extrà periculum positam; sic eorum qui publicam rem administrant, criminosam, et lubricam, et quotidianorum certaminum et malorum plenam: non quietam et otiosam, sed periculosam amplecteris? Quid respondeas? Nam si quod optimum dicere posses, id te verè dicere concederemus, te honoris et gloriæ studio ista facere omnia, demiror equidem cur tibi propter hæc quidlibet faciendum esse censeas, neque ullum vel laborem vel periculum recusandum, reipublicæ autem sis autor ut hæc eadem per socordiam abjiciat. Neque enim illud dices te oportere in republicâ esse conspicuum, at reipublicæ nullam esse oportere apud Græcos autoritatem. Quin nec illud video reipublicæ tutum esse suum agere negotium, tibi periculosum si nihil plus quàm alii curiosè laboras; imò con-

Digitized by Google

μὲν ἐξ ὧν ἐργάζῃ καὶ περιεργάζῃ, τοὺς ἐσχάτους ὄντας κινδύνους, τῇ πόλει δὲ ἐκ τῆς ἡσυχίας. Ἀλλὰ, νὴ Δία, παππῴα καὶ πατρῴα δόξα σοι ὑπάρχει, ἣν αἰσχρόν ἐστι ἔν σοι καταλῦσαι· τῇ πόλει δ' ὑπῆρξεν ἀνώνυμα καὶ φαῦλα τὰ τῶν προγόνων· ἀλλ' οὐδὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει. Σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατὴρ, εἴπερ ἦν ὅμοιός σοι· τῇ πόλει δὲ ἡμῶν, ὡς πάντες ἴσασιν οἱ Ἕλληνες δὶς ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τῶν προγόνων ἡμῶν σεσωσμένοι. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἴσως, οὐδὲ πολιτικῶς, ἔνιοι τὰ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύονται. Πῶς γὰρ ἐστὶν ἴσον τούτων μέν τινας ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου προιόντας, ἑαυτοὺς ἀγνοεῖν· τὴν πόλιν δ' ἣ προειστήκει τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τέως, καὶ τὸ πρωτεῖον εἶχε, νῦν ἐν ἀδοξίᾳ πάσῃ καὶ ταπεινότητι καθεστᾶναι;

Πολλὰ τοίνυν ἔχων ἔτι καὶ περὶ πολλῶν εἰπεῖν, παύσομαι. Καὶ γὰρ οὐ λόγων ἐνδείᾳ μοι δοκεῖ τὰ πράγματα, οὔτε νῦν, οὔτε ἄλλοτε πώποτε, φαύλως ἔχειν, ἀλλ' ὅταν πάντ' ἀκούσαντες ὑμεῖς τὰ δέοντα, καὶ ὁμογνώμονες ὡς ὀρθῶς λέγεται γενόμενοι, τῶν λυμαίνεσθαι καὶ διαστρέφειν ταῦτα βουλομένων, ἐξ ἴσου κάθησθε ἀκροώμενοι· οὐκ ἀγνοοῦντες αὐ-

---

l. 7 et seq. τῇ πόλει δὲ ἡμῶν, subaudi ex præcedentibus ἦσαν, et totum hunc locum sic intellige : Tibi fuit pater fur et latro, civitati autem nostræ fuerunt (patres), ut (quales) sciunt omnes Græci ex maximis. . . . . .

Digitized by Google

trà tibi ex iis quæ agis et inaniter satagis extrema impendere pericula, reipublicæ ex otio. At, per Jovem, tibi suppetit avita et patria gloria, quam turpe fuerit in te sinere extingui; respublica verò nullam claritatem et celebritatem accepit à majoribus. Sed ne hoc quidem ità se habet. Tibi enim pater fuit fur et latro, si fuit tibi similis : nostræ autem civitati fuerunt patres quales sciunt Græci universi ex maximis periculis à nostris majoribus bis liberati. Verùm non æqualiter neque civiliter sua quidam et publica administrant. Quo pacto enim æquum est, quum istorum quidam è carcere progressi semetipsos ignorent, civitatem quæ aliis Græcis hactenùs præfuit, et obtinuit principatum, nunc in obscuritate omni et humilitate versari?

9°. Etsi autem habeo præterea quæ dicam multa et de multis, desinam. Neque enim penuriâ verborum, vel nunc, vel unquam aliàs, res mihi videntur malè se habere : sed quia, postquam vos audivistis omnia quæ expediunt, et consentitis omnes ea rectè dici, eos qui ea corrumpere student et pervertere auditis ex æquo considentes. Non quòd istos ignoretis (è

l. 19. antè ὅταν subaudi ὅτι ut sensus et phrasis clara fiant.

Digitized by Google

τοὺς (ἴστε γὰρ εὐθὺς ἰδόντες ἀκριβῶς, τίς μισθοῦ λέγει καὶ ὑπὲρ Φιλίππου πολιτεύεται, καὶ τίς ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ τῶν βελτίστων), ἀλλ' ἵν' αἰτιασάμενοι τούτους, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς γέλωτα καὶ λοιδορίαν ἐμβαλόντες, μηδὲν αὐτοὶ τῶν δεόντων ποιῆτε.

Ταῦτ' ἐστὶ τἀληθῆ μετὰ πάσης παῤῥησίας, ἁπλῶς, εὐνοίᾳ, τὰ βέλτιστα εἰρημένα· οὐ κολακείας καὶ βλάβης καὶ ἀπάτης λόγος μεστός, ἀργύριον μὲν τῷ λέγοντι ποιήσων, τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειριῶν. Ἢ οὖν παυστέον τούτων τῶν ἐθῶν, ἢ μηδένα ἄλλον αἰτιατέον τοῦ πάντα φαύλως ἔχειν, ἢ ὑμᾶς αὐτούς.

---

l. 2. vulg. καὶ τὶς ὑπέρ: hoc τὶς delevi cum Reiskio ut vitiosum.

Digitized by Google

primo quippè aspectu certò scitis quis mercede concionetur, quis in Philippi gratiam res administret, et quis reverà utilitati publicæ consultum esse cupiat), sed ut his incusatis, in risum et convicium re delapsâ, nihil ipsi eorum quæ conveniant faciatis.

Hæc vera sunt, magnâ cum libertate, simpliciter et benevolè dicta tanquam optima : non assentationis et detrimenti et imposturæ plena est oratio, pecuniam allatura dicenti et civitatis res hostibus traditura. Aut igitur à talibus institutis est recedendum, aut rerum omnium statûs pessimi nullus alius præter vosmetipsos est incusandus.

---

l. 4. τούτους, nempè τοὺς λέγοντας ὑπὲρ τῶν βελτίστων.

ANALYSIS
PHILIPPI EPISTOLÆ
AD ATHENIENSES.

Propositum.

Demosthenis vehementiâ excitati tandem Athenienses, coacto exercitu liberaverant Eubœam, cujus præcipuas urbes Philippus imperio suo addixerat : miserant etiam Charetem cum maximâ classe, auxiliaturum Perintho, quam obsidio premebat idem Macedonum rex. His paulisper turbatus ille ad Athenienses scribit epistolam in quâ eos percellere et permovere satagit multis ac coacervatis criminibus. Nondùm erat rupta pax, sed multa utrimque commissa fuerant hostilia : rex Macedoniæ ea callidè revelat quæ atheniensis civitas fecit hostiliter, dùm suum ipse invadendæ Græciæ occultat consilium, et ea quæ violenter egit ut ad hunc finem perveniret.

Breve exordium.

Exponit breviter cur hanc scribat epistolam quæ multas conquerendi causas exhibebit. Itaque conqueritur,

1°. De abrepto Nicia suo caduceatore, quem Athenienses in carcere habuerunt, et cujus litteras pro concione recitârunt;

2°. De Thasiis qui latrocinia maritima impunè exercuerunt;

3°. De Diopithe, qui, inter cetera violenter acta, Amphilocum de captivis redimendis missum comprehendit, nec nisi extortis novem talentis dimisit. Hoc approbavit populus ille atheniensis qui ejusmodi injurias semper tulit molestissimè.

Digitized by Google

4°. Queritur etiam de Callia, duce item atheniensi, qui plures ipsius urbes cepit, et eos omnes qui Macedoniam navigabant loco hostium habuit ac vendidit.

5°. Queritur præterea de legatis ad regem Persarum missis; quod crimen amplificat per circumstantias.

6°. Iniquè agunt Athenienses qui Teri et Cersoblepti eam Thraciæ partem restitui velint quæ ipsis erepta fuit.

7°. Non negat auxilium Cardianis datum, ac profitetur se illos semper omni ope defensurum ut socios fidelissimos.

8°. De Peparhetiis et de Haloneso insulâ graviter simul et subtiliter expostulat.

9°. Ab Atheniensibus petitus hostiliter, et ipsorum civitati et triremibus pepercit. De mutuis controversiis quum ipse vellet rem alicujus judicio permittere hi constanter recusârunt.

10°. Imò ne legatos quidem audierunt ex omni conventu sociorum quos miserat, ut de Græcis quæ justa forent cum ipsis pacisceretur; quod factum esse dicit per quosdam oratores, quorum maledicentiam pretio compescere noluit.

11°. Per plura evincit se justè et legitimè possidere Amphipolim.

12°. Concludit significando se injuriarum autores ulturum, et quantum in se erit suum jus consecuturum diis testibus invocatis.

Scripta est hæc epistola primo anno olympiadis C X, sub Theophrasto archonte.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, χαίρειν.

ἘΠΕΙΔῊ πολλάκις μου πρέσβεις ἀποστείλαντος, ἵν' ἐμμείνωμεν τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ὁμολογίαις, οὐδεμίαν ἐποιεῖσθε ἐπιστροφὴν, ᾤμην δεῖν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ἀδικεῖσθαι νομίζω. Μὴ θαυμάσητε δὲ τὸ μῆκος τῆς ἐπιστολῆς. Πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἐγκλημάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ ἁπάντων δηλῶσαι καθαρῶς.

Πρῶτον μὲν γὰρ Νικίου τοῦ κήρυκος ἁρπασθέντος ἐκ τῆς χώρας τῆς ἐμῆς, οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε, ὅπερ ἦν δίκαιον, ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἵρξατε δέκα μῆνας, ἃς δ' ἔφερε παρ' ἡμῶν ἐπιστολὰς ἀνέγνωτε ἐπὶ τοῦ βήματος.

Ἔπειτα Θασίων ὑποδεχομένων τὰς Βυζαντίων τριήρεις, καὶ τῶν λῃστῶν τοὺς βουλομένους, οὐδὲν ἐφρον-

---

l. 8 et 9. ἁρπασθέντος, malim cum Reiskio ἀναρπασθέντος.

l. 10. ὅπερ ἦν δίκαιον: ità emendavit Volfius de suo, quum plerique libri habeant ὅτι τὴν δίκην, quas voces prorsùs omittunt codices Dd, Ee. Codex U legit ὅτι οὐ τὴν δίκην.

EPISTOLA

PHILIPPI.

Philippus senatui populóque Atheniensi S. D.

Breve exordium.

Quum sæpè legatos eâ de causâ miserim ut pactis et conventis staremus, idque vos nihil moverit, per epistolam significandum vobis esse duxi quibus in rebus injuriam mihi fieri existimem. Ne verò miremini prolixitatem epistolæ. Quia enim multæ conquerendi causæ sunt, necesse est omnes perspicuè explicari.

1°. Ac primùm Nicia caduceatore è meâ ditione abrepto, non sontes mulctavistis, ut æquum erat, sed eum affectum injuriâ per decem menses in vinculis habuistis, nostrasque litteras quas ferebat legistis pro concione.

2°. Deindè quum Thasii Byzantiorum triremes et piratas quoslibet susciperent, id nihil vobis curæ fuit, quanquam in fœdere perscrip-

Felicianus ὅτι παρὰ τὴν δίκην.

τίζετε τῶν συνθηκῶν διαῤῥήδην λεγουσῶν, πολεμίους εἶναι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας.

Ἔτι τοίνυν, περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Διοπείθης ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν, Κρωβύλην μὲν καὶ τὴν Τιρίστασιν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ προσεχῆ Θρᾴκην ἐπόρθησε, τέλος δὲ εἰς τοῦτο ἦλθε παρανομίας, ὥστε Ἀμφίλοχον περὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐλθόντα πρεσβευτὴν συλλαβὼν, καὶ τὰς ἐσχάτας ἀνάγκας ἐπιθεὶς, ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα· καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ εὖ δοκοῦντα ἐποίησε. Καίτοι τὸ παρανομεῖν εἰς κήρυκα καὶ πρέσβεις, τοῖς ἄλλοις τε πᾶσιν ἀσεβὲς εἶναι δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὑμῖν. Μεγαρέων γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων, εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε μυστηρίων μὲν εἴργειν αὐτοὺς, ὑπόμνημα δὲ τῆς ἀδικίας στῆσαι ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν. Καίτοι πῶς οὐ δεινὸν, ἐφ' οἷς παθόντες οὕτως ἐμισήσατε τοὺς δράσαντας, νῦν αὐτοὺς αὐτὰ φαίνεσθαι ποιοῦντας;

Καλλίας τοίνυν ὁ παρ' ὑμῶν στρατηγὸς, τὰς μὲν

---

l. 4. τὴν χώραν, nempè τὴν ἐμήν.

l. 11. vulg. καὶ τοῖς: delet Reiskius καὶ ut vitiosè abundans; delevi et ego. Cod. Y expungit τε.

l. 12. vulg. οὖν: prætuli γοῦν ex codicibus L, M, Y, Dd, Ee.

l. 14. ὑπομνήματα vulgatæ emendavi cum Reiskio, et dedi ὑπόμνημα.

Digitized by Google

tum est pro hostibus esse habendos quicumque id faciant.

3°. Præter hæc, circà eadem tempora, Diopithes factâ in regionem meam impressione, Crobylem et Tiristasin, civibus in servitutem abductis, diripuit, itemque finitimam Thraciam populatus, eòque violentiæ tandem provectus est, ut Amphilochum, qui de captivis redimendis legatus venerat, comprehensum et in extremam necessitatem adductum, non nisi novem talentis extortis, dimiserit: et hæc fecit populo approbante. Atqui quum ceteris omnibus præconem et legatos violare impium videtur, tùm vobis imprimis. Megarenses quippè quum Anthemocritum sustulissent, tantâ iracundiâ populus exarsit, ut eos mysteriis prohiberet, et in monumentum injuriæ statuam antè portas erigeret. Quid verò iniquius est quàm vos ipsos nunc ea facere, quæ ab aliis facta tàm iniquis animis tulistis?

4°. Callias utique vester imperator urbes in

---

l. 15. vulg. ἔστησαν: correxi στῆσαι; et ità legit idem Reiskius ex cod. weimarano, ut vocat, et ex P. Manutio.

l. 17. Codd. D, L, M, Dd, Ee, Ald. v. legunt αὐτὰ sine αὐτοὺς, ceteri dant, ut vulgata, αὐτοὺς sine αὐτά: ego utrumque ex meo copulavi.

πόλεις τὰς ἐν τῷ Παγασίτῃ κόλπῳ κατοικουμένας, ἔλαβεν ἁπάσας, ὑμῖν μὲν ἐνόρκους, ἐμοὶ δὲ συμμαχίδας οὔσας· τοὺς δ' εἰς Μακεδονίαν πλέοντας ἐπώλει, πάντας πολεμίους κρίνων. Καὶ διὰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐπῃνεῖτ' αὐτὸν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. Ὥστε ἔγω γε ἀπορῶ τί ποτ' ἔσται καινότερον, ἐὰν ὁμολογήσητέ μοι πολεμεῖν. Καὶ γὰρ ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα, λῃστὰς ἐξεπέμπετε, τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε.

Χωρὶς τοίνυν τούτων, εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας, ὥστε καὶ πρὸς τὴν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε, πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν. Ὃ μάλιστα ἄν τις θαυμάσειε. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην, ἐψηφίσασθε, ἂν ἐκεῖνός τι νεωτερίσῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας ἐπ' αὐτόν. Νῦν δὲ τοσοῦτον ὑμῖν περίεστι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθαι περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. Καίτοι, τὸ παλαιὸν οἱ πατέρες ὑμῶν, ὡς ἐγὼ

l. 11. τούτων abest à vulgatâ, addidi assumptum ex Fel. et edit. Turn. Reiskius etiam addit τούτων ex cod. weimar. et P. Man.

l. 16. vulg. νεωτερίζῃ: dedi in aoristo νεωτερίσῃ, et itâ dat Reiskius ex Aug. secundo.

sinu pagasitano sitas universas cepit, vobis fœdere, mihi societate conjunctas: qui autem in Macedoniam navigabant, eos omnes hostium loco habuit et vendidit. Et propter hæc facinonora publicis eum ornastis præconiis. Quare egomet valdè dubito quid his adjici queat, si aperta mecum bella gereretis. Nam quum haud occultè dissentiremus, prædones emittebatis, eos qui ad nos navigabant vendebatis, adversarios nostros juvabatis, regnum meum infestabatis.

5°. Hic porrò ad eam iniquitatem et hostile odium estis progressi, ut etiam regi Persarum per legatos studueritis persuadere ut mihi bellum inferret. Id quod maximè quivis demiretur. Antequam enim is AEgyptum et Phœniciam cepisset, decreveratis ut, si quid moliretur novi, non minùs ego quàm ceteri Græci omnes adversùs eum accerserer. Nunc verò tanta est odii vestri in me acerbitas, ut agatis de ineundâ cum eo contrà me societate. Atqui olim patres ves-

l. 19 et 20. Volfius dat περὶ τῆς ἐπ᾽ ἐμὲ συμμαχίας: revocavi veterem vulgatamque lectionem περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. Ἐπισυμμαχία est fœdus fœderatos obligans ad mutuum sibi ferendum auxilium. Universi libri quos mihi adire licuit dant ἐπισυμμαχίας, excepto cod. Ee in quo legitur simplex συμμαχίας.

πυνθάνομαι, τοῖς Πεισιστρατίδαις ἐπετίμων, ὡς ἐπάγουσι τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας· ὑμεῖς δ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε ταῦτα ποιοῦντες ἃ διετελεῖτε τοῖς τυράννοις ἐγκαλοῦντες.

Ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ γράφετε ἐν τοῖς ψηφίσμασιν, ἐμοὶ προστάττοντες, Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην ἐᾷν Θρᾴκης ἄρχειν, ὡς ὄντας Ἀθηναίους. Ἐγὼ δὲ τούτους, οὔτε τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν οἶδα μετασχόντας ὑμῖν, οὔτ᾽ ἐν ταῖς στήλαις ἀναγεγραμμένους, οὔτ᾽ Ἀθηναίους ὄντας· ἀλλὰ Τήρην μὲν μετ᾽ ἐμοῦ στρατευόμενον ἐφ᾽ ὑμᾶς, Κερσοβλέπτην δὲ τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ πρεσβευταῖς ἰδίᾳ μὲν τοὺς ὅρκους ὀμόσαι προθυμούμενον, κωλυθέντα δ᾽ ὑπὸ τῶν ὑμετέρων στρατηγῶν ἀποφαινόντων αὐτὸν Ἀθηναίων ἐχθρόν. Καίτοι, πῶς ἐστι τοῦτ᾽ ἴσον ἢ δίκαιον, ὅταν μὲν ὑμῖν συμφέρῃ, πολέμιον εἶναι φάσκειν αὐτὸν τῆς πόλεως, ὅταν δ᾽ ἐμὲ συκοφαντεῖν βούλησθε, πολίτην ἀποδείκνυσθαι τὸν αὐτὸν ὑμῶν; καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείναντα φιλίαν, ὑπὲρ δὲ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς; καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδότας,

l. 18. vulg. ἀποδείκνυσθαι ὑφ᾽ passivè sumptum, et ità universi libri præter Fel. et P. Man. qui recidunt ὑφ᾽, et tunc ἀποδείκνυσθαι pro medio accipiunt. Hanc ego lectionem assumpsi, propterea quòd verbum ἀποδείκνυσθαι in medio me-

tri, ut ego audio, Pisistratidis crimini dabant, quòd Persam ad Græcos opprimendos adducerent : vos autem ea facere non pudet ob quæ tyrannos semper accusavistis.

6°. Quin præter alia, per vestra mihi decreta imperatis ut Teren et Cersobleptem, quòd Athenienses sint, Thraciæ dominari sinam. Ego verò istos neque pactis de pace unà vobiscum contineri scio, neque pilis inscriptos, neque esse Athenienses; sed Teren contrà vos mecum arma tulisse, et Cersobleptem, quum meis legatis seorsìm dare jusjurandum cuperet, à vestris ducibus fuisse prohibitum, qui eum vestræ civitatis hostem declararent. Atenim istud quomodo æquum aut justum est, quum vestrâ refert, eum vestræ civitatis hostem appellare, quum verò me vultis calumniari, eumdem civem vestrum dictitare? Et Sitalce occiso, quem civitate donaveratis, statìm ejus interfectorem in amicitiam recipere, ac propter Cersobleptem bella nobiscum suscipere? præsertìm quum vobis exploratum sit neminem eorum qui talia munera

---

liis conveniat cum aliis infinitivis φάσκειν, ποιήσασθαι, αἱρεῖσθαι. Pro ὑφ' ὑμῶν cod. U dat ὑπὲρ ὑμῶν.

l. 22. Pro αἱρεῖσθαι meliùs forsan legeretur ἀναιρεῖσθαι.

ὅτι τῶν λαμβανόντων τὰς δωρεὰς τὰς τοιαύτας, οὐδεὶς οὔτε τῶν νόμων, οὔτε τῶν ψηφισμάτων, οὐδὲν φροντίζει τῶν ὑμετέρων. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ πάντα τἄλλα παραλιπόντα συντόμως εἰπεῖν, ὑμεῖς ἔδοτε πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ, καὶ Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίῳ, καὶ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων· ἐὰν οὖν πείσητε τοὺς ἐκβαλόντας ἑκατέρους αὐτῶν, ἀποδοῦναι πάλιν τὰς ἀρχὰς τοῖς ἐκπεσοῦσι, κομίζεσθε καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν Θρᾴκην, ὅσης Τήρης, καὶ Κερσοβλέπτης ἦρχεν. Εἰ δὲ τοῖς μὲν ἐκείνων κρατήσασι, μηδ' ἐγκαλεῖν ἀξιοῦτε μηδὲν, ἐμοὶ δ' ἐνοχλεῖτε, πῶς οὐ δικαίως ὑμᾶς ἀμυνοίμην ἄν; περὶ μὲν οὖν τούτων πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι δίκαια, παραλιπεῖν προαιροῦμαι.

Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν, γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος, οὐκ ἐθελόντων δ' ὑμῶν ἐλθεῖν εἰς χρίσιν, πολλάκις μὲν ἐμοῦ δεηθέντος, οὐκ ὀλιγάκις δ' ἐκείνων. Ὥστε πῶς οὐκ ἂν εἴην πάντων φαυλότατος, εἰ καταλιπὼν τοὺς συμμάχους, μᾶλλον ὑμῶν φροντίζοιμι τῶν πάντα μοι τρόπον ἐνοχλούντων, ἢ τῶν βεβαίως μοι φίλων ἀεὶ μενόντων;

Εἰ τοίνυν δεῖ μηδὲ τοῦτο παραλιπεῖν, εἰς τοσοῦτον ἐληλύθατε πλεονεξίας, ὥστε πρότερον μὲν

---

l. 9 et 10. vulg. ὅσην εἶχεν : prætuli ὅσης ἦρχεν, quod ha-

Digitized by Google

à vobis accipiunt, vel leges, vel decreta vestra, quidquam curare. Verùm si, omissis ceteris omnibus, breviter dicendum est, vos civitatem dedistis Evagoræ Cyprio et Dionysio Syracusio, illorumque posteritati. Si igitur his qui utrosque ejecerunt persuaseritis, ut expulsis imperia restituant, à me quoque illam Thraciæ partem recuperate quam Teres et Cersobleptes tenuerunt. At si illorum expulsores ne verbo quidem censetis culpandos, mihi verò obturbatis, nonne jure optimo vos ulciscar? Ac de his quamvis haberem plura quæ dicerem, ea tamen prætermittere statui.

7°. Cardianis autem me opitulari profiteor, quum illorum socius antè factam pacem fuerim, et vos sæpè à me, neque rarò ab illis orati, venire nolueritis in judicium. Annon igitur essem omnium hominum nequissimus, si, desertis sociis, vestrì potiùs rationem haberem qui omni modo me vexatis, quàm eorum qui mihi constanter et semper amici esse perseverant?

8°. Jam si hoc quoque non est prætereundum, eò venistis insolentiæ, ut priùs de suprà

bent plerique libri. Aliqui codd. legunt corruptè ὅσην ἤρχεν, aliqui ὅσης εἶχεν.

l. 16. δ' abest à vulgatà: addidi ex codd. L, M, Dd, Ee, et edit. Turn.

ἐνεκαλεῖτέ μοι τὰ προειρημένα μόνον· τὰ δ' ὑπογυιότατα, Πεπαρρηθίων φασκόντων δεινὰ πεπονθέναι, προσετάξατε τῷ στρατηγῷ δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ὑπὲρ ἐκείνων. Οὓς ἐγὼ μὲν ἐτιμωρησάμην ἐνδεεστέρως ἢ προσῆκεν· ἐκεῖνοι δὲ εἰρήνης οὔσης, καταλαβόντες Ἀλόννησον, οὔτε τὸ χωρίον, οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν, πέμψαντος ὑπὲρ αὐτῶν ἐμοῦ πολλάκις· ὑμεῖς δ' ὧν μὲν ἠδίκησαν ἐμὲ Πεπαρρήθιοι, τούτων μὲν οὐδὲν ἐπεσκέψασθε, τὴν δὲ τιμωρίαν, ἀκριβῶς εἰδότες ὅτι τὴν νῆσον οὔτ' ἐκείνους οὔτε ὑμᾶς ἀφειλόμην, ἀλλὰ τὸν λῃστὴν Σώστρατον. Εἰ μὲν οὖν αὐτοί φατε παραδοῦναι Σωστράτῳ, λῃστὰς ὁμολογεῖτε καταπέμπειν· εἰ δὲ ἀκόντων ὑμῶν ἐκεῖνος κατεκράτει, τί δεινὸν πεπόνθατε, λαβόντος ἐμοῦ, καὶ τὸν τόπον τοῖς πλέουσιν ἀσφαλῆ παρέχοντος; Τοσαύτην δέ μου ποιουμένου πρόνοιαν τῆς ὑμετέρας πόλεως, καὶ διδόντος αὐτῇ τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον· ὅπως ὑπομείνας μὲν τὸ προσταττόμενον, τὴν ἀλλοτρίαν ἔχειν ὁμολογῶ, μὴ προειμένος δὲ τὸ χωρίον, ὕποπτος γένωμαι τῷ πλήθει. Γνοὺς δ' ἐγὼ ταῦτα, προὐκαλούμην κριθῆναι περὶ τούτων

l. 9 et 10. vulgata dat τούτων μὲν οὐδὲν ἐπεσκέψασθε· τὴν δὲ τιμωρίαν ἀκριβῶς εἰδότες συκοφαντεῖτε. Καίτοι, τήν. Ejeci συκοφαντεῖτε, quod nulli libri habent et ex suo addidit Volfius; mutavi καίτοι in ὅτι, quod dant cod. weimar. Fel. et P. Man.;

dictis tantùm me accusaretis, nuperrimè verò, quum Peparrhetii secum crudeliter actum esse quererentur, vestro duci jussistis ut à me pro illis pœnas sumeret. Quos ego leniùs punieram quàm commeruerant, quum illi pacis tempore Haloneso occupatâ, neque insulam mihi, neque præsidiarios milites, quos per legatos sæpè repoposceram, reddidissent. At vos injuriæ mihi ab illis illatæ nullam rationem habuistis, sed tantùm supplicii; quum probè sciatis me insulam nec vobis nec illis eripuisse, sed piratæ Sostrato. Quam si vos Sostrato tradidisse ipsi dicitis, piratas vos emittere fatemini: sin vobis invitis vi obtinebat, quæ tandem in vos injuria fuit eam à me occupari, et locum tutum reddi navigantibus? Etsi porrò vestræ civitatis curam tantam habebam, ut ei insulam darem, tamen oratores vestri accipere prohibebant, recipiendam esse suadebant; ut si parerem imperatis, me alienam obtinere faterer, sin locum illum retinerem, populo fierem suspectus. Quibus ego cognitis, ultrò denuntiavi me de his in ju-

---

denique mutavi ἐπεσκήψασθε in ἐπεσκέψασθε, quod dant codd. D, M, Dd et Ee. Si servetur ἐπεσκήψασθε, legendum est οὐδενὶ et τῇ τιμωρίᾳ, verbo ἐπισκήπτομαι regente semper dativum.

πρὸς ὑμᾶς· ἵν', εἰ μὲν ἐμὴ γνωσθῇ, παρ' ἐμοῦ δοθῇ τὸ χωρίον ὑμῖν, ἐὰν δὲ ὑμετέρα κριθῇ, τότε ἀποδῶ τῷ δήμῳ. Ταῦτα δέ μου πολλάκις ἀξιοῦντος, ὑμεῖς μὲν οὐ προσείχετε, Πεπαῤῥήθιοι δὲ τὴν νῆσον κατέλαβον. Τί οὖν ἐχρῆν με ποιεῖν; οὐ δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ὑπερβεβηκότων τοὺς ὅρκους; οὐ τιμωρήσασθαι τοὺς οὕτως ὑπερηφάνως ἀσελγαίνοντας; Καὶ γάρ, εἰ Πεπαῤῥηθίων ἦν ἡ νῆσος, τί προσῆκεν ἀπαιτεῖν Ἀθηναίους; εἰ δὲ ὑμετέρα, πῶς οὐκ ἐκείνοις ὀργίζεσθε καταλαβοῦσι τὴν ἀλλοτρίαν;

Εἰς τοῦτο δὲ προβεβήκατε ἔχθρας, ὥστε βουλόμενος ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον παραβαλεῖν, ἠναγκάσθην αὐτὰς παραπέμψαι διὰ Χεῤῥονήσου τῇ στρατιᾷ, τῶν μὲν κληρούχων, κατὰ τὸ Πολυκράτους δόγμα, πολεμούντων ἡμῖν, ὑμῶν δὲ τοιαῦτα ψηφιζομένων, τοῦ δὲ στρατηγοῦ Βυζαντίους τε παρακαλοῦντος, καὶ διαγγέλλοντος πρὸς ἅπαντας ὅτι πολεμεῖν αὐτῷ προστάττετε, ἂν καιρὸν λάβῃ. Τοιαῦτα δὲ πάσχων, ὅμως τῆς πόλεως καὶ τῶν τριηρῶν καὶ τῆς χώρας ἀπεσχόμην, ἱκανὸς ὢν τὰ πλεῖστα λαβεῖν ἢ πάντα, καὶ διατετέλεκα προκαλούμενος ὑμᾶς εἰς κρίσιν ἐλθεῖν ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλους. Καίτοι σκοπεῖσθε πότερον κάλλιόν ἐστιν, ὅπλοις ἢ

---

l. 11. προβεβήκατε: vulg. habet προβεβήκαμεν, quod mihi videtur mendum evidens. Codd. Dd et Ee legunt προβέβηκεν,

Digitized by Google

dicio vobiscum disceptaturum, ut, si mihi adjudicata esset, vobis à me daretur, sin judicaretur vestra esse, populo eam redderem. Hæc me sæpiùs postulante, et vos non attendistis, et Peparrhetii insulam occupârunt. Quid igitur mihi faciendum fuit? non infligenda pœna fœdifragis? non ii ulciscendi qui tàm superbè insultabant? Nam si Peparrhetiorum fuit insula, quo jure ab Atheniensibus repetita est? sin vestra, cur eis non irascimini qui occupârint alienam?

9°. Eò vos porrò progressi estis inimicitiarum, ut quum navibus in Hellespontum transgredi cuperem, coactus sim eas per Chersonesum cum exercitu comitari; quum vestri coloni ex decreto Polycratis bella nobiscum gererent, et vos talia comprobaretis, et dux vester Byzantios accerseret, et apud omnes missis nuntiis divulgaret se juberi à vobis ut gereret bellum si daretur occasio. Hæc quum paterer, tamen civitatis vestræ et triremibus et agro peperci, quamvis plerisque potiri possem, vel potiùs omnibus; et vos ad eas quæ inter nos essent controversias disceptatione dirimendas perpetuò provocavi. Atqui considerate utrùm honestius

---

undè posset legi προϐέϐηκεν ἡ ἔχθρα, quod admisit Reiskius.

Digitized by Google

λόγοις διακρίνεσθαι; καὶ πότερον αὐτοὺς εἶναι βραβευτὰς, ἢ πεῖσαί τινας ἑτέρους; καὶ λογίζεσθ᾽ ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους, Θασίους μὲν καὶ Μαρωνείτας ἀναγκάσαι περὶ Στρύμης διακριθῆναι λόγοις, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἐμὲ μὴ διαλύσασθαι, περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν, τὸν τρόπον τοῦτον· ἄλλως τε καὶ γιγνώσκοντας, ὅτι νικηθέντες μὲν οὐδὲν ἀποβαλεῖτε, κρατήσαντες δὲ λήψεσθε τὰ νῦν ὑφ᾽ ἡμῖν ὄντα.

Πάντων δέ μοι δοκεῖ παραλογώτατον εἶναι, διότι πέμψαντος ἐμοῦ πρέσβεις ἀπὸ τῆς συμμαχίας πάσης, ἵν᾽ ὦσι μάρτυρες, καὶ βουλομένου ποιήσασθαι πρὸς ὑμᾶς δικαίας ὁμολογίας ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ τοὺς περὶ τούτων λόγους ἐδέξασθε παρὰ τῶν πρεσβευόντων, ἐξὸν ὑμῖν, ἢ τῶν κινδύνων ἀπαλλάξαι τοὺς δυσχερές ὑποπτεύοντάς τι καθ᾽ ἡμῶν, ἢ φανερῶς ἐξελέγξαι με φαυλότατον ὄντα τῶν ἁπάντων. Τῷ μὲν οὖν δήμῳ ταῦτα συνέφερε, τοῖς δὲ λέγουσιν οὐκ ἐλυσιτέλει. Φασὶ γὰρ οἱ τῆς πολιτείας τῆς παρ᾽ ὑμῖν ἔμπειροι, τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι, τὸν δὲ πόλεμον εἰρήνην. Ἢ γὰρ συναγωνιζομένους τοῖς στρατηγοῖς, ἢ συκοφαντοῦντας, ἀεί τι λαμβάνειν παρ᾽ αὐτῶν· ἔτι δὲ τῶν πολιτῶν τοῖς γνωριμωτάτοις, καὶ τῶν ἔξωθεν τοῖς ἐνδοξοτά-

l. 5 et 6. vulg. ἀμφισβητοῦσι: dedi ἀμφισβητοῦμεν ex cod. Ee.

l. 23. vulg. τοῖς ἔξωθεν: dedi τῶν ἔξωθεν cum codd. weimar. lessing. Fel. P. Man. et edit. Turn.

sit verbis an armis lites finiri, et utrùm magis deceat ut ipsi arbitri simus, an verò ut aliis arbitrium deferamus. Reputate etiam quàm absurdum sit, quum nunc cogatis Thasios et Maronitas litem de Stryme disceptatione finire, ipsos ea de quibus inter nos ambigimus, mecum ad eumdem modum non transigere; qui præsertim scitis vos, si succubueritis, nihil amissuros, sin viceritis, potituros hìs quæ nunc in nostrà manu sunt.

10°. Sed illud omnium maximè à ratione absonum mihi videtur, quòd, quum legatos ex omni sociorum conventu misissem, ut testes essent, quumque vellem de Græcis ea vobiscum pacisci quæ forent justa, legatorum orationem ne de his quidem admisistis, quanquam penes vos erat, aut eos liberare periculis qui malè de nobis suspicabantur, aut palàm convincere me omnium hominum esse improbissimum. Ac populo quidem illa erant utilia, sed non opportuna oratoribus. Nam qui vestræ administrationis periti sunt, pacem eis bellum esse, et bellum pacem affirmant, quum à ducibus vel patrocinando vel calumniando extorqueant pecuniam, et tùm nobilissimis civium,

Digitized by Google

τοις λοιδορουμένοις ἐπὶ τοῦ βήματος, περιποιεῖσθαι παρὰ τοῦ πλήθους δόξαν ὡς εἰσι δημοτικοί. Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἐστί μοι παῦσαι τῆς βλασφημίας αὐτοὺς, μικρὰ πάνυ προεμένῳ, καὶ ποιῆσαι λέγειν ἐπαίνους ὑπὲρ ἡμῶν· ἀλλ' αἰσχυνοίμην ἂν εἰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν παρὰ τούτων φαινοίμην ὠνούμενος·

Οἱ πρὸς τοῖς ἄλλοις, εἰς τοῦτο τόλμης ἥκουσιν, ὥστε καὶ περὶ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἀμφισβητεῖν ἐπιχειροῦσιν. Ὑπὲρ ἧς, τῶν ἀντιποιουμένων αὐτῆς οἶμαι πολὺ δικαιότερα λέγειν αὐτός. Εἴτε γὰρ τῶν ἐξαρχῆς κρατησάντων γίνεται, πῶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν ἔχομεν; Ἀλεξάνδρου τοῦ προγόνου, πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον· ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν εἰς Δελφούς. Εἴτε τούτων μὲν ἀμφισβητήσειέ τις, ἀξιοῖ δὲ γίνεσθαι τῶν ὕστερον γενομένων κυρίων, ὑπάρχει μοι καὶ τοῦτο τὸ δίκαιον. Ἐκπολιορκήσας γὰρ τοὺς ὑμᾶς μὲν ἐκβάλοντας, ὑπὸ Λακεδαιμονίων δὲ κατοικισθέντας, ἔλαβον τὸ χωρίον. Καίτοι πάντες οἰκοῦμεν τὰς πόλεις, ἢ τῶν προγόνων παραδόντων, ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταστάντες. Ὑμεῖς δὲ οὔτε πρῶτοι λαβόντες, οὔτε νῦν ἔχοντες, ἐλάχιστον δὲ χρόνον ἐν τοῖς τόποις ἐμμείναντες, ἀντιποιεῖσθε τῆς πόλεως· καὶ ταῦτα πίστιν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοὶ βεβαιο-

tùm exterorum nobilissimis conviciando pro concione, id captent ut populares esse videantur. Facile mihi quidem esset, si paululùm pecuniæ dilargiri velim, eorum compescere maledicentiam, et efficere ut nos laudibus eveherent; sed me puderet vestram benevolentiam ab istis mercari:

11°. Qui præter cetera eò veniunt audaciæ, ut etiam de Amphipoli movere nobis controversiam non dubitent. Pro quâ ego me arbitror longè dicturum æquiora quàm eos qui illam sibi vindicant. Sive enim eorum fit qui primi devicerunt, an non jure nos illam habemus? Quum Alexander avus noster oppidum illud primus occupârit; undè etiam de primitiis captorum Medorum Delphis auream statuam dedicavit. Sive hoc aliquis in dubium vocat, et urbem eorum fieri censet qui postremi potiuntur, hoc etiam jus penes me est. Expugnatis enim illis qui vos ejecerant, et à Lacedæmoniis ibi fuerant collocati, cepi oppidum. Universi porrò urbes possidemus, vel à majoribus acceptas, vel bello subactas. Vos autem qui neque primi potiti estis, neque nunc obtinetis, sed per minimum tempus in illis locis consedistis, urbem eam contenditis vestram esse; idque quum ipsi

τάτην ἐπιθέντες. Πολλάκις γὰρ ἐμοῦ γράφοντος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὑπὲρ αὐτῆς, ἐγνώκατε δικαίως ἔχειν ἡμᾶς, τότε μὲν ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην, ἔχοντος δ' ἐμοῦ τὴν πόλιν καὶ τὴν συμμαχίαν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις. Καίτοι, πῶς ἂν ἑτέρα γένοιτο βεβαιοτέρα ταύτης κτῆσις, τῆς τὸ μὲν ἐξαρχῆς καταλειφθείσης ἡμῖν ὑπὸ τῶν προγόνων, πάλιν δὲ κατὰ πόλεμον ἐμῆς γεγενημένης, τρίτον δὲ συγχωρηθείσης ὑφ' ὑμῶν, τῶν εἰθισμένων ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων;

Ἃ μὲν οὖν ἐγκαλῶ, ταῦτ' ἐστίν. Ὡς δὲ προϋπαρχόντων, καὶ διὰ τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν μᾶλλον ἤδη τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένων, καὶ καθόσον ἂν δύνησθε κακοποιούντων, ὑμᾶς ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου· καὶ μάρτυρας τοὺς θεοὺς ποιησάμενος, διαλήψομαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς.

---

l. 3. τότε, *tunc*, nempè, tunc quum ego ad vos scriberem epistolas, et vos cognosceretis me justè possidere Amphipolim.

l. 11 et 12. προϋπαρχόντων, ad hoc participium et ad ea quæ sequuntur, subaudi ὑμῶν.

hujus possessionem evidentissimo testimonio mihi confirmaveritis. Sæpiùs enim in litteris me de eâ mentionem faciente, censuistis eam justè à me teneri. Pacem etiam fecistis mecum, et ego urbem illam et societatem vestram eâdem pactione obtinui. Quæ igitur possessio firmior hâc fieri queat quæ primùm à majoribus nobis relicta, deindè jure belli rursùs nostra facta, postremò à vobis concessa est, qui soletis etiam ea vobis vindicare quæ planè ad vos nihil attinent?

12°. De quibus igitur vos accusem, hæc sunt. Et quia vos autores estis injuriarum, et propter verecundiam meam magis jam rebus meis infesti imminetis, et quantùm licet mihi maleficitis, jure optimo vos ulciscar, diisque testibus invocatis, jus meum à vobis consequi studebo.

---

l. 16. περὶ τῶν, subaudi πραγμάτων vel διαφορῶν. Ad verbum, *disceptabo de controversis ergà vos.*

ANALYSIS

ORATIONIS AD PHILIPPI EPISTOLAM.

Propositum.

QUUM timeret Demosthenes ne Athenienses, Philippi epistolâ perculsi et ejus potentiâ attoniti, à bello abstinerent, omittit quidem per singula refutare epistolam, at hortatur suos cives ut forti animo et impavido bellum indicentem Philippum ulciscantur.

Exordium.

Evidens est per Philippi litteras, illum non fecisse pacem, sed bellum distulisse : verùm illi haud timidè est resistendum, nec illius potentia est pertimescenda.

Confirmatio.

1°. Philippus habebit contrà se deos immortales quorum religionem violavit solutâ pace, plures Græcos quos decepit, ac denique Persarum regem cujus opes et auxilium magni sunt momenti.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΛΟΓΟΥ.

Ὁ ΦΊΛΙΠΠΟΣ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέπομφεν ἐπιστολήν, κατηγορῶν αὐτῶν, καὶ πόλεμον προκηρύττων ἄντικρυς. Οὐκ ἔτι οὖν ὁ ῥήτωρ πείθει τοὺς Ἀθηναίους πολεμεῖν, ἀνάγκη γάρ, ἀλλὰ θαρσύνει πρὸς τὸν κίνδυνον, εὐκαθαίρετον λέγων τὸν Μακεδόνα. Τὸ προοίμιον μεστὸν παραμυθίας.

---

l. 4. Cod. U sic εὐκαθαίρετον γὰρ τὸν Μακεδόνα φησίν.

l. 5. Quatuor ultimæ voces absunt à codd. D, L, M, U,

2°. Philippi res parvâ offensione dissolventur quum pravis artibus coaluerint : Macedoniam per se infirmam reddidit ille infirmiorem ipsis bellis et expeditionibus quæ plebem macedonicam vexaverunt et exhauserunt.

3°. Ità malè habent ii qui circà ipsum sunt satellites, et duces peregrinorum militum, ut ipsi in illis non multùm sit præsidii. Expendit orator cur illi hactenùs fidi remanserint, et quomodo illæ tantæ opes mox sint dissolvendæ.

4°. Fortuna Philippi non est anteponenda fortunæ Atheniensium : et his malè res successerunt dùm illi benè, quia ille gnaviter agit dùm hi seguiter. Illius diligéntia et horum ignavia paulò fusiùs exponuntur.

5°. Concludit Atheniensibus promptiùs esse agendum, ut dignè majoribus se gerant, nec cedant viro è Macedoniâ oriundo : cùm ipsi debent ad bellum se parare, tùm ceteros Græcos factis non verbis excitare.

Dicta est oratio eodem anno quo scripta est epistola, i. e. primo anno olympiadis cx, sub Theophrasto archonte.

LIBANII ARGUMENTUM

IN ORATIONEM AD PHILIPPI EPISTOLAM.

Miserat Philippus ad Athenienses epistolam quâ eos accusabat et palàm bellum denuntiabat. Non jam igitur orator suadet Atheniensibus ut bellum gerant (cogebat enim ipsa necessitas), sed confirmat eorum animos ad periculum adeundum, Macedonem facilè posse superari asserens. Exordium consolatione plenum est.

V, X, Dd, Ee et ed. Par. has addit ad marg. cod. Y.

Digitized by Google

Ο ΠΡΟΣ ΤΗΝ

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ

ΛΟΓΟΣ.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ᾽ ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ Φαρσαλίοις Ἅλον παρέδωκε, καὶ τὰ περὶ Φωκέας διῳκήσατο, καὶ τὴν Θράκην κατεστρέψατο πᾶσαν· αἰτίας οὐκ οὔσας πλασαμένος, καὶ προφάσεις ἀδίκους ἐξευρὼν, τῷ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν πόλιν, τῷ δὲ λόγῳ νῦν ὁμολογεῖ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἧς ἔπεμψεν. Ὅτι δὲ χρὴ μήτε ὀῤῥωδεῖν ἡμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν, μήτε ἀγεννῶς ἀντιταχθῆναι πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ σώμασι, καὶ χρήμασι, καὶ ναυσὶ, καὶ πᾶσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀφειδῶς ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον, ἐγὼ πειράσομαι διδάσκειν.

Πρῶτον μὲν γὰρ εἰκὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς μεγίστους ἡμῖν ὑπάρχειν συμμάχους καὶ βοηθούς· ὧν ἐκεῖνος τὰς πίστεις ὑπερβὰς, καὶ τοὺς ὅρκους ὑπεριδὼν, λέλυκεν ἀδίκως τὴν εἰρήνην. Ἔπειθ᾽ οἷς πρότερον ηὐξήθη, φενακίζων ἀεί τινας, καὶ μεγάλα

AD PHILIPPI EPISTOLAM

ORATIO.

Exordium.

Philippum non pacem fecisse vobiscum, Athenienses, sed distulisse bellum, omnes jam cognovistis. Posteaquam enim Pharsaliis Halum tradidit, et confecit res Phocensium, totamque Thraciam vi subegit; falsis causis confictis, et iniquis rationibus excogitatis, re quidem ipsâ jam olìm cum civitate nostrâ bellum gerit, nunc autem per missas litteras verbis ipsis confitetur. Potentiam verò ejus vobis non esse expavescendam, neque timidè illi resistendum, sed et corporibus et pecuniis et navibus, et, ut paucis absolvam, rebus omnibus oportere vos ad bellum accingi, docere conabor.

Confirmatio.

1°. Primùm consentaneum est, ô Athenienses, deos nobis firmissimos socios et adjutores esse; quorum ille religione violatâ, neglectòque jurejurando, pacem injustè solvit. Deindè per quæ ejus opes hactenùs auctæ sunt, dùm sem-

ἐπαγγελλόμενος εὐεργετήσειν, πάντα ταῦτα διεξελήλυθεν ἤδη. Καὶ γινώσκεται μὲν ὑπὸ τῶν Περινθίων, καὶ Βυζαντίων, καὶ τῶν ἐκείνοις συμμαχούντων, ὡς ἐπιθυμεῖ προσενεχθῆναι τούτοις τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ Ὀλυνθίοις πρότερον. Οὐκ ἀγνοεῖται δὲ ὑπὸ Θετταλῶν, δεσπόζειν, ἀλλ' οὐχ ἡγεῖσθαι τῶν συμμάχων, προαιρούμενος. Ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ Θηβαίων, Νίκαιαν μὲν φρουρᾷ κατέχων, εἰς δὲ τὴν Ἀμφικτυονίαν εἰσδεδυκώς, τὰς δὲ πρεσβείας τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρὸς αὐτὸν ἄγων, καὶ τὴν ἐκείνων συμμαχίαν παραιρούμενος. Ὥστε τῶν αὐτῷ προτοῦ φίλων ὄντων, τοὺς μὲν νῦν πολεμεῖν ἀκαταλλάκτως, τοὺς δὲ μηκέτι προθύμους εἶναι συναγωνιστάς, ἅπαντας δὲ ὑφορᾶσθαι καὶ διαβεβλῆσθαι πρὸς αὐτόν. Ἔτι τοίνυν (οὐ γὰρ τοῦτ' ἔστι μικρὸν) οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι καθεστῶτες, ἔναγκος μὲν ξένους μισθοφόρους εἰσπέμψαντες, ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον· νυνὶ δὲ τῆς ἔχθρας αὐτοῖς ἐνεστώσης, καὶ τοῦ κινδύνου πλησίον ὄντος εἰ χειρωθήσεται Βυζάντιον, οὐ μόνον αὐτοὶ προθύμως συμπολεμήσουσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλέα τῶν Περσῶν χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται· ὃς τοσοῦτον μὲν κέκτηται πλοῦτον, ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες,

l. 7. vulg. ὑπὸ τῶν : delevi τὸν, quod non habent codd. K, M, Q, R, Cc, Dd, Ee.

l. 14 et 15. ὑφορᾶσθαι καὶ διαβεβλῆσθαι πρὸς αὐτὸν, intel-

Digitized by Google

per decipit aliquos et magnifica quædam pollicetur, ea jam omnia consumpta sunt. Neque ignorant Perinthii et Byzantii, eorumque fœderati, cupere eum ergà ipsos eodem modo agere quo priùs egit ergà Olynthios. Neque Thessalos præterit hoc ei propositum esse ut sit dominus, non dux sociorum. Suspectus etiam Thebanis est, quòd Nicæam præsidio tenet, et in Amphictyoniam penetravit, et legationes ad se trahit è Peloponneso, ipsisque auxilia eripit sociorum. Proindè qui priùs ejus amici fuerunt, partìm cum eo nunc bellum gerunt non placabile, partìm minùs alacriter eum adjuvant, universi autem suspectum illum habent et criminantur. Præterea (nec enim in hoc parùm est momenti) asiani satrapæ, recèns intromissis conducticiis militibus, expugnari Perinthum prohibuerunt: nunc verò quum Philippi inimicitias susceperint, et periculum eis propiùs adfuturum sit si Byzantium capiatur, non ipsi tantùm strenuè nunc nos in bello juvabunt, sed persuadebunt etiam regi Persarum ut nobis pecuniam suppeditet, qui tantos habet thesauros quantos nec reliqui universi, et tantum robur ad res

lige, *suspecto et criminoso modo habere se ergà ipsum.*

τηλικαύτην δ' ἔχει ῥώμην πρὸς τὰς ἐνθάδε πράξεις, ὥστε καὶ πρότερον, ἡνίκα Λακεδαιμονίοις ἐπολεμοῦμεν, ὁποτέροις πρόσθοιτο, τούτους ἐποίει κρατεῖν τῶν ἑτέρων· καὶ νῦν μεθ' ὑμῶν γενόμενος, ῥᾳδίως καταπολεμήσει τὴν Φιλίππου δύναμιν.

Πρὸς τούτοις τοίνυν τηλικούτοις οὖσιν, οὐκ ἐρῶ μὲν ὡς διὰ τὴν εἰρήνην πολλὰ προείληφεν ἡμῶν χωρία, καὶ λιμένας, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα χρήσιμα πρὸς πόλεμον· ὁρῶ δὲ ὡς, ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συνέχηται, καὶ ταυτὰ πᾶσι συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τῶν πολέμων, μένει τὰ συστάθεντα βεβαίως. Ὅταν δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ πλεονεξίας, ἀπάτῃ καὶ βίᾳ κατέχηται, καθάπερ ὑπὸ τούτου νῦν, μικρὰ πρόφασις, καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα, ταχέως ἅπαντα διέσεισε καὶ διέλυσε. Καὶ πολλάκις εὑρίσκω λογιζόμενος, οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ τῷ Φιλίππῳ πρὸς ὑποψίαν ἥκοντα καὶ δυσμένειαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς οὐ συνηρμοσμένα καλῶς, οὐδ' οἰκείως, οὐδ' ὡς οἴεταί τις. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει, ῥοπὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν· αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν, ἀσθενὴς ἐστι, καὶ πρὸς τηλικοῦτον ὄγκον πραγμάτων εὐκαταφρόνητος· ἔτι δὲ αὐτὴν οὗτος αὐτὸς τοῖς πολέμοις, καὶ ταῖς στρατείαις, καὶ πᾶσιν οἷς ἄν τις αὐτὸν μέγαν εἶναι νομίσειε, σφαλερωτέραν αὐτῷ πεποίηκε. Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄν-

Græciæ inclinandas, ut olìm etiam, in nostro adversùs Laconas bello, utris sese adjunxisset, eos redderet victores; ac etiam nunc vobiscum conjunctus, facile debellabit Philippi potentiam.

2°. Præter hæc quæ tanta sunt, non dicam quidem eum loca complura, et portus, et alia ejus generis gerendo bello utilia, pacis occasione præripuisse vobis: illud autem video, quum benevolentià res coaluerunt, et eadem expediunt omnibus belli sociis, diuturnam esse concordiam. At quoties per insidias et cupiditatem, per imposturam et violentiam res continentur, ut ab isto nunc, prima quæque occasio et parva offensio omnia subvertit et dissolvit. Omninò enim macedonica potentia additamenti vice nonnihil momenti et usûs habet, ipsa verò per sese infirma est, et, si tantæ moli rerum comparetur, despicienda. Atque insuper ipse eam bellis et expeditionibus, et iis omnibus propter quæ magnus existimari possit, sibi reddidit infirmiorem minúsque fidam. Neque enim

---

l. 10. vulg. συμφέρει: dedi συμφέρῃ, et ità legunt plurimi et optimi codd.

l. 25. post τις addidi αὐτὸν, quod et addunt codd. K, L, M, Q, R, X, Cc, Dd et Ee; horum multi omittunt αὐτὸς quod præcessit; cod. Ee habet αὐτὸς sine οὗτος.

δρες Ἀθηναῖοι, τοῖς αὐτοῖς χαίρειν Φίλιππόν τε καὶ τοὺς ἀρχομένους· ἀλλ' ἐννοεῖσθε, ὡς ὁ μὲν ἐπιθυμεῖ δόξης, οἱ δὲ ἀσφαλείας· καὶ αὐτῷ μὲν οὐκ ἔστι τυχεῖν ταύτης ἀκινδύνως, οἱ δ' οὐδὲν δέονται, καταλιπόντες οἴκοι τέκνα, γονεῖς, γυναῖκας, φθείρεσθαι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὥστε, τοὺς μὲν πολλοὺς τῶν Μακεδόνων, ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι πῶς διάκεινται πρὸς τὸν Φίλιππον.

Τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας, εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρείᾳ, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας. Τοῖς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πολεμίους μόνον ὑπάρχει κίνδυνος· οἱ δὲ τοὺς κόλακας καὶ τοὺς διαβάλλοντας αὐτοὺς μᾶλλον ἢ τὰς μάχας δεδίασι. Κᾀκεῖνοι μὲν, μετὰ πάντων ἀγωνίζονται πρὸς τοὺς ἀντιταχθέντας· τοῖς δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις κακῶν οὐκ ἐλάχιστον μέρος μέτεστι, καὶ χωρὶς ἰδίᾳ φοβεῖσθαι τὸν τρόπον τὸν τοῦ βασιλέως συμβέβηκεν. Ἔτι δὲ, τῶν μὲν πολλῶν, ἐπειδὰν ἁμάρτῃ τις, ζημίαν κατὰ τὴν ἀξίαν εἴληφεν· οἱ δ' ὅταν τὰ μέγιστα κατορθώσωσι, τότε μάλιστα σκορακίζονται καὶ προπηλακίζονται παρὰ τὸ προσῆκον. Καὶ τού-

l. 4. ταύτης, nempè τῆς δόξης.

l. 21 et 22. τὰ μέγιστα: addidi τὰ cum Reiskio. Dant μά-

existimetis, ô viri Athenienses, iisdem Philippum et ipsi subditos gaudere; sed cogitate illum gloriam, hos securitatem, appetere. Quam gloriam ille sine periculis non potest adipisci; et his minimè est opportunum relictis domi liberis, parentibus, uxoribus, et in dies, pro eo dimicare. Ex quo facilè perspiciatur quomodo Macedonum vulgus ergà Philippum sit affectum.

3°. Eos porrò qui circà eum versantur satellites, ac peregrinorum militum duces, laude quidem fortitudinis florere, sed in majore metu quàm homines obscuros vivere invenietis. His enim hostes duntaxat metuendi sunt; illi verò assentatores magis et calumniatores quàm prælia formidant. Atque hi quidem universis adjuvantibus cum hostilibus copiis confligunt; illi verò in bellis malorum partem sustinent non minimam, et seorsìm accidit ut expavescant regis ingenium. Ad hæc, si plebeius aliquis deliquerit, pœna ei infligitur pro delicti modo. Proceres autem tùm quum præclarissimè se gesserunt, maximis conviciis et contumeliis præter meritum incessuntur. Neque quisquam sa-

λιστα codd. K, M, Q, R, Cc.

τοις οὐδ' ἂν εἷς εὖ φρονῶν ἀπιστήσειεν. Οὕτω γὰρ αὐτὸν φιλότιμον εἶναί φασιν οἱ συνδιατρίψαντες, ὥστε βουλόμενον τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων πάντα αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι, μᾶλλον ἄχθεσθαι τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων τοῖς ἄξιον ἐπαίνου τι πράξασιν, ἢ τοῖς ὅλως ἀποτυχοῦσι. Πῶς οὖν, εἴπέρ ἐστι ταῦτα τοιαῦτα, πιστῶς ἤδη πολὺν χρόνον αὐτῷ παραμένουσιν; ὅτι νῦν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δέ τι πταίσει, τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται πάντα ταῦτα. Συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ὅταν μὲν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθέκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀῤῥωστήσῃ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ᾖ μὴ τελέως ὑγιεινόν. Οὕτω καὶ τῶν βασιλειῶν καὶ πασῶν τῶν δυναστειῶν, ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις κατορθῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστιν· ἐπὰν δέ τι πταίσωσιν (ὃ νῦν εἰκὸς παθεῖν ἐκεῖνον, μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν ἀράμενον), γίνεται φανερὰ τὰ δυσχερῆ πάντα τοῖς ἅπασιν.

Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιππον ὁρῶν εὐτυχοῦντα, φοβερὸν εἶναι νομίζει καὶ

Digitized by Google

næ mentis fidem his abrogaverit. Eum enim ità gloriæ cupidum esse dicunt hi quibuscum vivit familiariter, ut omnia præclara facinora sua esse videri velit, et magis indignetur ducibus et præfectis qui aliquid laude dignum gesserint, quàm iis qui prorsùs offenderint. Quî fit igitur, si ista vera sunt, ut jam longum tempus illi in regis fide maneant? Quia scilicet, Athenienses, hæc omnia nunc successibus obumbrantur, quandoquidem res secundæ magnam vim habent ad occultanda et obtegenda probra hominum; at si paulùm impegerit, tùm omnia ipsius mala penitùs retegentur. Eadem enim harum rerum ratio est quæ corporum nostrorum: atque ut, dùm valeas, nullum adeò sensum doloris afferunt singulæ partes labefactæ; sin in morbum incideris, omnia moventur, sive luxatum sit, sive quid aliud vitiatum: sic etiam regnorum et imperiorum quorumlibet, dùm in bellis superant, mala à vulgo non perspiciuntur; sin alicubi impegerint (id quod illi nunc usuventurum verisimile est, postquam majus onus quàm sustinere valeat suscepit), omnia eorum incommoda omnibus manifesta apparent.

4°. Jam si quis vestrûm, ô Athenienses, ideò difficilem oppugnatu Philippum esse putet quòd

δυσπολέμητον, σώφρονος μὲν ἀνδρὸς χρῆται προνοίᾳ· μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· κατὰ πολλοὺς μέντοι τρόπους ἕλοιτ' ἄν τις οὐχ ἧττον τὴν ἡμετέραν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἐκείνου. Παρά τε γὰρ τῶν προγόνων ἐκ πλείονος χρόνου παρειλήφαμεν τὴν ἡγεμονίαν, οὐ τούτου μόνον, ἀλλὰ, συνελόντι φράσαι, πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. Κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν· ἡ δ' ἡμετέρα πόλις, οὐδενὶ πώποτε τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. Ἔτι δὲ τοσούτῳ πλείους ἀφορμὰς αὐτοῦ πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχομεν, ὅσῳ διατελοῦμεν εὐσεβέστερα καὶ δικαιότερα πράττοντες.

Τί ποτ' οὖν ἐκεῖνος ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ πλείω καθώρθωσεν ἡμῶν; ὅτι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (παῤῥησιάσομαι γὰρ πρὸς ὑμᾶς) ὁ μὲν αὐτὸς στρατεύεται, καὶ ταλαιπωρεῖ, καὶ τοῖς κινδύνοις πάρεστιν, οὔτε καιρὸν παριεὶς, οὔτε ὥραν ἔτους παραλείπων οὐδεμίαν· ἡμεῖς δὲ (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ, καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ

l. 7 et 8. τούτου et τῶν βασιλευσάντων, hi genitivi reguntur à πλείονος.

l. 10. vulg. οὐδενί πω: dedi οὐδενὶ πώποτε ex codd. Q, R et Cc. Deindè cod. M non habet ἀνθρώπων.

l. 11. παρὰ deest in vulgatâ: adjeci ex autoritate codicum

fortunatum eum esse videat, utitur is quidem sapientis hominis ratiocinio; nam multùm in fortunâ momenti est, vel potiùs ea sola in omnibus mortalium rebus dominatur: multæ sunt tamen causæ propter quas aliquis non injuriâ nostram felicitatem non minùs quàm illius exoptet. Principatum enim à majoribus accepimus ex tempore longiori non modò quàm iste, sed, ut breviter dicam, quàm omnes Macedoniæ reges. Illi Atheniensibus vectigales fuerunt, nostra civitas nemini unquam mortalium vectigalis fuit. Præterea tantò plures ad benevolentiam deorum habemus aditus, quantò pietatis et justitiæ fuimus studiosiores.

Quid igitur ille superiore bello feliciùs quàm nos rem gessit? Quia nempe, Athenienses, (nam liberè vobiscum agam) ille ipse militat, et tolerat ærumnas, et præliis interest, nec occasionem negligens, nec anni ullum tempus prætermittens. Nos verò (nec enim dissimulabo veritatem) hîc otiosè desidemus, cunctantes semper et decernentes, et sciscitantes in foro numquid novi

---

Q et Cc. Cod. L habet παρὰ ad marginem, M verò inter lineas.

τὴν ἀγορὰν, εἴ τι λέγεται νεώτερον. Καίτοι, τί γένοιτ' ἂν νεώτερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταφρονῶν Ἀθηναίων, καὶ τολμῶν ἐπιστολὰς πέμπειν τοιαύτας οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον; καὶ τῷ μὲν, ὑπάρχουσι μισθοφόροι στρατιῶται, καὶ, νὴ Δία, πρὸς τούτοις τῶν παρ' ἡμῖν ῥητόρων τινὲς, οἳ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνοντες, οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες. Ἡμεῖς δὲ, οὔτε τῶν ἐκείνου πραγμάτων οὐδὲν στασιάζειν παρασκευάζομεν, οὔτε ξενοτροφεῖν ἐθέλομεν, οὔτε αὐτοὶ στρατεύεσθαι τολμῶμεν. Οὔκουν ἐστὶν οὐδὲν θαυμαστὸν, εἴ τι πεπλεονέκτηκεν ἡμῶν κατὰ τὸν πρότερον πόλεμον· ἀλλὰ μᾶλλον εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν προσήκει τοὺς πολεμοῦντας, νομίζομεν κρατήσειν τοῦ πάντα πράττοντος ἃ δεῖ τοὺς πλεονεκτήσειν μέλλοντας.

Ὧν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρὴ λαβόντας ἔννοιαν, καὶ λογισαμένους ὡς οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ φάσκειν ἄγειν εἰρήνην (ἤδη γὰρ ἐκεῖνος, καὶ προηγόρευκε τὸν πόλεμον, καὶ τοῖς ἔργοις ἐξενήνοχε), μηδενὸς μὲν φείδεσθαι, μήτε τῶν δημοσίων, μήτε τῶν ἰδίων· στρατεύεσθαι δὲ, ἐάν που καιρὸς ᾖ, προθύμως ἅπαν-

---

l. 6. vulg. παρ' ἡμῶν: dedi παρ' ἡμῖν juxtà codd. Q, R, U, V, X, Cc, Ee.

l. 7. λαμβάνοντες: habent λαμβάνειν νομίζοντες codices

Digitized by Google

dicatur. At quid magis novum fieri queat quàm vir Macedo qui contemnit Athenienses, et ipsis tales litteras mittere non dubitat quales paulò antè audivistis? Et ille quidem in procinctu habet mercenarios milites, atque adeò, per Jovem, nostrorum oratorum quosdam, qui dùm illius largitiones domum recipiunt, non erubescunt Philippo vivere, nec animadvertunt se et rempublicam omnem et suas privatas opes exiguo lucello vendere. At nos neque ullas ei turbas concitamus, nec militem peregrinum alere volumus, nec ipsi militare audemus. Id proindè minimè mirum, eum superiore bello conditione quàm nos fuisse meliore: hoc potiùs mirandum foret, si, dùm nihil facimus quod bellantes decet, putaremus nos eum superaturos qui nihil prætermittit quod ad victoriam comparandam requiratur.

5°. Quæ reputantes vobiscum, ò Athenienses, et cogitantes non jam vobis liberum esse ut dicatis vos pacem agere (jam enim ille et bellum indixit, et factis ipsis intulerat) oportet vos neque publicis neque privatis opibus parcere, sed omnes, quum tempus postulârit,

---

K, M, Q, R, Dd, Ee.

Digitized by Google

τας· χρῆσθαι δὲ στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον. Μὴ γὰρ ὑπολάβῃ τις ὑμῶν, δι' ὧν ἐκ χρηστῶν ἐγένετο τὰ πράγματα χείρω τὰ τῆς πόλεως, διὰ τούτων αὐτὰ πάλιν ἀναλήψεσθαι, καὶ γενήσεσθαι βελτίω, μηδὲ νομίσητε ῥαθυμούντων ὑμῶν ὥσπερ πρότερον, ἑτέρους ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων ἀγωνιεῖσθαι προθύμως· ἀλλ' ἐννοεῖσθε ὡς αἰσχρόν ἐστι, τοὺς μὲν πατέρας ὑμῶν, πολλοὺς πόνους καὶ κινδύνους μεγάλους ὑποστῆναι Λακεδαιμονίοις πολεμοῦντας· ὑμᾶς δὲ μηδ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι δικαίως κτησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν, ἐθέλειν ἐῤῥωμένως ἀμύνεσθαι· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐκ Μακεδονίας ὁρμώμενον, οὕτως εἶναι φιλοκίνδυνον, ὥσθ' ὑπὲρ τοῦ μείζω ποιῆσαι τὴν ἀρχὴν, κατατετρῶσθαι πᾶν τὸ σῶμα, τοῖς πολεμίοις μαχόμενον· Ἀθηναίους δὲ, οἷς πάτριόν ἐστι μηδενὸς ὑπακούειν, ἁπάντων δὲ κρατεῖν ἐν τοῖς πολέμοις, τούτους διὰ μαλακίαν ἢ ῥαθυμίαν ἐγκαταλιπεῖν τά τε τῶν προγόνων ἔργα, καὶ τὰ συμφέροντα τῆς πατρίδος.

Ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ, φημὶ χρῆναι πάντας ἡμᾶς παρασκευάζεσθαι μὲν πρὸς τὸν πόλεμον, παρακαλεῖν δὲ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, μὴ λόγοις,

---

l. 15 et 16. rectè observat Volfius insolens esse ὑπακούειν cum genitivo, ideóque pro μηδενὸς malit μηδενί. Codd. V et X dant μηδενὸς ἀκούειν.

Digitized by Google

promptis animis militare, et melioribus ducibus uti quàm priùs. Nemo enim vestrûm existimet fore ut per quos civitatis res è prosperis factæ sunt adversæ, per eosdem in integrum restituantur et meliores fiant. Neque sperate, dùm vos ignavè agetis ut priùs, alios pro salute vestrâ strenuè dimicaturos; sed considerate quàm turpe sit, quum majores vestri in bello adversùs Laconas multos labores et magna pericula sustinuerint, vos nec pro his quæ illi jure parta nobis reliquerunt defendendis fortiter pugnare velle ac quum ille Macedoniâ oriundus adeò nullum recuset periculum, ut, dùm pro amplificando imperio cum hostibus dimicat toto corpore sit convulneratus, Athenienses quibus patrium est parere n emini omnesque armis vincere, hos demùm ob mollitiem aut socordiam res gestas à majoribus dedecorare et patriæ commodis deesse.

Ne verò prolixus sim, dico nos omnes ad bellum parari oportere, et reliquos Græcos ad coeundam nobiscum belli societatem convoca-

l. 15. ἐν τοῖς: addidi ἐν quod habent Codd. K, M, Q, R, Cc, Dd, Ee.

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις, πρὸς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν συμμαχίαν· ὡς ἅπας μέν ἐστι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ δὲ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.

Τέλος τοῦ πρώτου τόμου.

Digitized by Google

re, non modò verbis, sed etiam factis. Nam cùm omnis oratio inanis est nisi res ipsa consequatur, tùm verò nostris verbis tantò minùs habetur fidei, quantò ad dicendum reliquis Græcis expeditiores habemur.

Finis primi tomi.

Digitized by Google

005663066

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

